

pare' 10

INSCRIPTIONES IN HELVETIA

ADHUC REPERTAS OMNES

COLLEGIT BREVITERQUE ILLUSTRAVIT

IO. CASP. ORELLIUS.

SIMUL

GYMNASII TURICENSIUM

CAROLINI

NOVUS CURSUS

MAGNIFICI RECTORIS

HENRICI HIRZELII

AUCTORITATE RITE INDICITUR.

ACCEDIT

INDEX LECTIONUM PUBLICARUM

ATQUE PRIVATARUM.

TURICI,

TYPIS FRIDERICI SCHULTHESSII MDCCCXXVI.

BIBLIOTHECA·BODLEIANA·

Varias propter causas omisso semel pristino more patrum ecclesiasticorum selectos aliquot locos auditoribus exhibendi, hoc anno in mentem mihi venit colligere breviterque explicare INSCRIPTIONES intra HELVETIAE fines, uti nunc sunt constituti, repertas, quotquot meam ad notitiam pervenerunt. Quorum quidem monumentorum Romanae apud nos dominationis quae utilitas sit, nemo quum ignoret, ea de re pluribus verbis disserere nihil attinet. Illud vero in primis opto, ut huiusce libelli errores ab aliis antiquitatis nostrae studiosis, iis praesertim, quibus lapides ipsos inspicere concessum est, corrigantur, defectus suppleantur, et, quae obscura adhuc remanserunt, melius illustrentur. Plurima, immo pleraque sane debeo Hagenbuchio, qui ante hos LXXX. annos magna cum eruditione ac sagacitate quinque volumina eodem de argumento elaboravit. Haud pauca tamen postea sunt inventa, quae cum illis ut coniungerentur, optabile iamdudum videbatur. Notissimi autem, apud nos saltem, ceteri sunt libri, quibus usus sum. Suspectas et manifesto commenticias inscriptiones asterisco notavi.

A. Lapides in Valle Poenina, (Grut. 376: 6) sive Valesia (quo vocabulo usus est Simlerus nostras) (*Wallis*) reperti.

a.) AGAUNI s. TARNAIAE, (*St. Maurice:*)

1. IMP. CAES | DIVI. F. AVGVST. | COS. XI. TRIBVN. POTEST [1]) | PONTIFICI MAXIMO | NANTVATES PATRONO.

E Guichenon *Hist. de Savoye.* T. I. pag. 43. Spon *Misc.* p. 192. Hagenb. *Mss. I.* p. 115. Alium typum mutilum dat Haller I. p. 53., sed de nostri sinceritate haud dubitandum. 1) Nihil deest: nam Augusti Consulatu XI. u. c. 731. incepit eiusdem Tribunicia Potestas. v. Eckhel *D. N.* 6, 91.

2. L. CAESARI. AVGVSTI F | DIVI I. [1]) NEPOTI PRINCIPI | IVVENTVT. COS. DESIG.

Tschudi *Mss.* p. 415. Hagenb. *Mss.* 1. p. 107. corrupta et mutila apud Grut. 1022, 3. 1) *Iulii.* Fortasse in lapide ipso sunt literae ligatae IVL.

3. . . RVSO CAESARI | AVGVSTI. F. DIVI AVGVSTI | NEPOTI. DIVI IVLII PRONEP. | AVGVRI. PONTIF. QVAESTORI | . LAMINI AVGVSTALI. COS. II | . RIBVNICIA POTESTATE II | . . . IIII [1]) VALLIS | POENINAE.

Haller I. p. 64. [1]) Civitates vel gentes IV. Seduni, Nantuates, Veragri, Viberi. cfr. Plin. *H. N.* 3, 20. (24. *Harduin.*)

4. Plantinus p. 326: „Inscriptionem Tito Vespasiano factam se reperisse Agauni testatur Guillim. L. 2. p. 157. sed quae praeter nomen et paucos characteres vix aliquid certi demonstraret.“ Simlerus *Vales.* p. 31. Multae praeterea inscriptiones in templi pavimento, parietibus, et muro coemeterii visuntur, sed vetustate exesae et attritae sunt, ut vix paucissimae literae agnosci queant.

5. D. M. | I. TINCIO VERECVNDO | OMNIBVS HONORIBVS FVNCTO | . . . MASSONIA M. F. | VIRO OPTIMO . . . . . .

Ex Guichenon *Hist. de Savoye* T. I. p. 43. Murat. 750, 2. Ex alio, sed in quibusdam corruptiore Scheuchzeri p. 491. typo Hagenb. *Mss. I.* p. 118. ita probabiliter restituit:
D. M | L. TINCIO VERE | CVNDO OMNI | BVS HONORIBVS | FVNCTO | MASSONIA M. F | VIRO OPTIMO | POS. MARITA.

6. D. PANSIO. M. FI | SEVERO. AN. XXXVI | IV. 1) DECVMINA MATER | FIL. PIENTISSIMO.
Grut. 447, 8. Correctius ap. Hagenb. *Mss. I.* p. 85. et 111. 1) IVLIA omnibus literis Hotting. *Method.* p. 532.

7. M. PANSIO. COR 1) | M. FILIO SEVERO | II VIRO FLAMINI | IVLIA DECVMINA | MARITO.
Grut. 325, 13. et 699, 13. Hagenb. *Mss. I.* p. 111. 1) Cornelia tribu.

8. V. F 1) | IVLIA. DECVM. 2) FIL | DECVMINA | FLAMINICA.
Grut. 325, 13. Hagenb. *Mss. I.* p. 89. Haller. 2, p. 535. 1) *Viva fecit.* 2) *Decumi*, vel *Decumii*, potius quam *Decumini*. Hag.

9. SEX . . . F. . . . . L. . | SEVERI . . . . . | . . . . | . . . . |
Tschudi *Mss.* p. 416. Hagenb. *Mss. I.* p. 105.

10. D. M | ANTONI. SEVERI NARBONAE 1) DE | FVNCTI. QVI VIXIT ANNOS XXV | MENSES III. DIEBVS XXIV. ANTONIVS | SEVERVS PATER INFELIX CORPVS | DEPORTATVM HIC CONDIDIT.
Haller. 2, p. 534. 1) *Narbone* Martio, s. potius Marcio. v. Cicero *pro Fonteio* §. 3.

11. D M | . . . M . . . . SER . . . . G . . . | . . . M . . . | . . . SE . . . P . . . R . . | . . . AT . . .
Tschudi *Mss.* p. 415. Hagenb. *Mss.* 1. p. 91.

MASSONGIER (al. MARSONGER) prope *St. Maurice.*

12. SEX. VARENO | T. FIL. SERG. 1) | PRISCO | VI VIRO. AN. LVI | VAREN. 2) FRATRI | OPTIMO.
Grut. 481, 10. qui male ponit in vico Massongeri prope Genevam. cfr. Guichenon T. I. p. 43., ex quo velut ineditum dat Murat. 753, 9. Hagenb. *Mss.* 1. p. 92. et 4, p. 1. Haller. 2. p. 538. 1) Sergia tribu. 2) VARENI duo, vel tres fratri. Haller.

FULLY prope *St. Maurice.*

13. D. M | QVARTILL | AE VALERIAE | SENTIVS SVC | CESSIANVS CONIVGI | INCOMPARABILI.
Guichenon *Hist. de Savoye* T. I. p. 43. correctius apud Hagenb. *Mss. II.* p. 55.

b.) Lapides OCTODURI (*Martinach*) eruti. Item ALPES POENINAE; tabulaeque votivae in earum vertice repertae.

14. . . . RI AVGVSTI F
. . . I NEPOT
. . . IPI IVVENTVTI
. . . ICI. COS. DES.

Tschudi *Mss.* p. 422., qui melius quam a Paulo Gulielmio in Lipsii *Auctar.* p. 17. Grut. 235, 1. factum est, ita supplet: C. CAESARI AVGVSTI F | DIVI IVLI NEPOTI | PRINCIPI IVVENTVTIS | PONTIFICI. COS. DESIG. cfr. Haller. I. p. 55.

15. V. M. OP. L . . . . . . D. NN.
IC. P. AV . . . . . MAXIMI . :
F. MAXIMI . . . . T. CONST
NOBILI. C. C.
F. CL. VAL.
M. I.

Haller. I. p. 280. qui omnino consulendus est.

16. D. D. N. N. | MAXIMI. ET. CONST. | NOBIL. C. C | VOT. V. MVLT. X | F. CL. V. | M. II. 1)

Haller. I. p. 281. 1) *Dominis Nostris Gal. Val. Maximiano et Constantino nobiliss. Caesaribus. votis* (sic in nummis) *quinquennalibus, multis decennalibus:* (nisi collato Eckhel *D. N.* 8. p. 36. leg.: VOT. X. MVLT. XX.) *Forum Claudii Vallensium M. P. II.*

17. IMP. CAESARI FL. VAL 1) | CONSTANTIO PIO | FEL. INVICTO AVG | DIVI CONSTANTIN. 2) PII. AVG. | FILIO FOR. CL. VAL 3) BONO | REIPVBLICAE NATO.

Est typus Tschudianus p. 413. melior Gruteriano 284, 5. Pocock. p. 68. 4. Hagenb. *Mss.* 4, p. 69. 1) Sic et in nummis: in aliis FL. IVL. abest FL. a Grut. 2) CONSTANTII pessime Grut. 3) *Fortissimo, Clarissimo, Valentissimo* Scalig. Hagenb. Tituli alias vix obvii. Rectius Maffeius *Mus. Ver.* 420, 1. FORum CLaudii VALlensium explicavit.

ST. PIERRE MONT-JOU.

18. IMP. CAESARI CONSTANTINO | P. F. INVICTO AVG. DIVI CONSTANTINI (*sic*) | AVG. FILIO. BONO REIPVBLICE (*sic*) NATO | F. C. VAL. XXIIII.

Haller. I. p. 285.

18. IMP. CAES. VAL. CONSTANTINO | P. F. INVICTO AVG. DIVI CONSTANTINI (*sic*) P. F. AVG | FILIO F. CL. VAL. BONO . . . .

Haller. I. p. 286.

19. POENINO | PRO ITV ET REDITV | C. IVLIVS PRIMVS | V. S. L. M.

20. C. IVLIVS AN | TVLLVS PRAE | FECTVS COHOR . . | IS V. ASTVRVM | POENINO V. SOL.

21. IOVI POENINO | Q. SILVIVS PERENNIS | TABELLARIVS C 1) | SEQVANORVM | V. S. L. M. 1) *Civitatis.*

22. I. O. M. POENINO | T. MACRINIVS DE | MOSTRATVS | V. S. L. M.

23. L. LICINIVS SEVE | RVS EQVES LEG | IIII MAC. POENINO V. S. L. M.

24. I. O. M. POENINO | C. CATVLINVS | CARINVS VETER. | AVG. 1) V. S. L. M. 1) Veteranus Augusti: qui ab Imperatore ipso honestam missionem acceperat.

25. I. O. M. | POENINO | M. SVLPIC. MAR | CELLVS . . . AC. N . . P 1) | V. S. L. M. 1) *Sacerdos Neptuni?* Haller.

26. IOVI POENINO | Q. CASSIVS FACVNDVS | L. A. GOMM. COS. 1) | V. S. L. M. 1) In corruptis his latere arbitror IMM*unis Consulis.*

27. NVMINIBVS AVGG | IOVI POENINO | SABINEIVS CENSOR | AMBIANVS | V. S. L. M.

28. FELICIO ET | CRISPINVS FRA | TRES PVOENIN | O. (*sic*) VOTVM SO | LVERVNT. L. M.

29. M. APISIVS | PRAEF. C. [1]) 1) *Cohortis.*
30. M. PAPIRIVS EVNVS | EX VOTO
31. T. | ANNIVS CISSVS.
32. I. O. M. POENINO | PRO SAL. AELI ET. SVOR | APRICIVS EIVS LIB. D. D | V. S. L. M.
33. PAVLVS VE *teranus Imperato* | RIS. TITI *Vespasiani Augusti* | TRIB MIL. LEG. . . | POEN*ino* | V. S. L. M.
34. IOVI Poenino | Q. IVlius | ALPinus | PRO itu et | REditu V. S. L. M.
Haller. 2. p. 516.
35. . . . . | . . . | TRICENSIMA | . . . VNTARIORVM [1]) | EX VOTO.
Haller. 2. p. 521. 1) *Cohors XXX. Voluntariorum.*
36. PHOEBVS FVSCI | TI. CAESARIS [1]) | POENINO V. S. L. M.
Haller. 2. p. 505. 1) id est Phoebus servus vicarius Fusci, Ti. Caesaris servi.
37. C. IVL. RVFVS POENINO V. S. L. M | AT [1]) TVA TEMPLA LYBANS [2]) VOTA SVSCEPTA PEREGI | ACCEPTA VT TIBI SINT NOMEN ADORO TVVM | IMPENSIS NON MAGNA QVIDEM TE LONGE PRECAMVR | MAIOREM SACVLO NOSTRVM ANIMVM ACCIPIAS.
Haller. 2. p. 506. 1) *ad.* 2) *lubens.* Ceterum LYBANS Haller.
38. LVCIVS LVCILIVS | DEO PENINO | OPTIMO | MAXIMO | DONVM DEDIT.
Gud. 54, 6. Murat. 8, 6. (Cuperus in *Mon. Ant.* Harpocrati subiectis p. 184. habet PENNINO. Cfr. C. H. A. i. e. Cannegieterum in Dorvillii *Observ. Misc. nov.* 1742. T. 4. p. 181. Hagenb. *Mss.* 1. p. 129. seqq. Bochat. 2. p. 422.

c.) SEDVNI (*Sion, Sitten.*)

39. . . . P. CAESARI DIVI I . . .
. . . VGVSTO COS. XI . .
. . . RIBVNICIA POTESTATE XVI
PATRI PATRIAE
PONTIFICI MAXIMO
. IVITAS SEDVNORVM
PATRONO.

Lips. *Auctar.* p. 17. Grut. 226, 6. Murat. 1080, 4. Hagenb. *Mss.* 4. p. 147.

Ex indubitatis monumentis chronologicis inscriptio haec ita redintegranda est: (aliter quam fecit Casaubonus ad *Suet. Aug.* C. 58.)

Imp. Caesari Divi Iulii F. Augusto Cos. XIII. *Imp.* XIIII. *Tribunicia pot.* XXI (vel XXII) cet. *Civitas Sed.* v. Eckhel *D. N.* 6. p. 112. ad ann. u. c. 752.

40. . . . FNI CAMPANI PREFECTI MAXIMIANI VIRI CONS | OMNIBVS HONORIBVS IN VRBE SACRA FVNCTI | VE . . . T. ANN . . . RIS | VALERIA . . . NE MATER. | CARISSIMO . . . . OFFERRI CVRAVIT | SVB ASCIA. DD.
Haller. 1. p. 262.
41. DEVOTIONE VIGENS | AVGVSTAS [1]) PONTIVS AEDIS $A\overset{P}{X}\Omega$ [2]) | RESTITVIT PRAETOR | LONGE PRAESTANTIVS ILLIS | QVAE PRISCAE STETERANT | TALIS RESPVBLICA QVAERE. | D. N.

GRATIANO AVG. IIII. ET MER. 3) COS | . . NTIVS 4) ASCI . . . TVS 5) VP. PI. 6)

E lectione Hagenb. *Mss.* 4. p. 151. cfr. Haller. 1. p. 314. 1) AVGVSTAS Haller. recte. AVGVSTVS Hag. Quamquam de *Augusti* nomine hominibus privatis indito dubitandum non est. 2) Monogramma Christi in Christianis inscriptt. saepe obvium. 3) *et Merobaude* Cos. p. Chr. 377. 4) *Pontius.* 5) Hallerus habet ASCLEPIODOTVS. V. P. D. 6) Si haec vera est lectio, explica: *Vir perfectissimus poni iussit.*

SIDERS in Valesia.

42. MERCVRIO | VALERIVS | OPTATVS | V. S. L. M.
Haller. 2. p. 541.

B. Lapides GENEVAE, in eiusque vicinia reperti.

a.) Qui ad rem municipalem spectant.

43. C . IVL . . . IVLIA

. . . .

. . . RATRV . .

. . . . VRVM . . . 1)

Grut. 199, 5. Gud. 86, 6. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 314. Hagenb. *Mss.* 2. p. 209. 1) Latere in his quibusdam videbatur: *a*RATRV*m circumduxerunt* in deducenda colonia; — *m*VRVM *aedificaverunt.*

44. L. IVL. P. F. VOL. BROCCHVS VAL. | BASSVS PRAEF. FABR. BIS TRIB | MIL. LEG. VIII. AVG. II VIR. IVR. D | III VIR. LOC. P. P. AVGVR. PONTIF. II VIR | FLAMEN IN COL. EQVESTRE VIANIS | GENAVENSIBVS LACVVS DAT

Spon *Misc.* p. 167. *Hist. de Gen.* T. 2. p. 325. et 380. Pocock. p. 79, 4. Hagenb. *Mss.* 2. p. 239. Magnas turbas excitavit illud VIANIS, neque ipse Hagenbuchius non propendebat in Abauzitii explicationem *Sextanis*, id est militibus legionis sextae post exacta stipendia in coloniam Genevensem deductis. Hultmannus tamen iam ante sequentem lapidem 1757 demum repertum, verum viderat in *Misc. Epigr.* p. 330.

45. L. IVL. P. F. VOL. 1) BROCCHVS VAL | BASSVS PRAEF. FAB BIS. 2) TRIB. MIL | LEG. VIII. AVG. II VIR. IVR. DIC. III VIR LOC | P. P. 3) AVGVR. PONTIF. II VIR. 4) | FLAMEN IN COL. EQVESTR | VICANIS GENAVENSIBVS 5) LACVVS 6) D.

Ex literis Iacobi Verneti ad Hagenb. missis. 12. Octobr. 1758.

1) *Voltinia* tribu. 2) i. e. praefectus fabrûm iterum. 3) *Locorum publicorum persequendorum*, de quo officio videsis Hultmannum *Misc. epigr.* l. l. 4) Duumvir Iuri dicundo is igitur non Genevae solum, sed etiam in *Colonia Equestri* fuerat. 5) *Genava* est etiam in Itinerario Anton. 6) *Wasserbehälter, réservoirs d'eau.* Cfr. Fabrett. Cap. 9. Inscr. 72. (Gud. 72, 5.) Grut. 182, 6.

46. C. VALERIO T. F. A. N 1) | TR. MIL. LEG. II. | PATRONO OPTIMO | GENEVENS. PROVINCIA 2) | B. M. P | VIXIT. ANN. LX. M. II. DIES XVII.

Genevae olim, nunc periit. Grut. 477, 4. accuratius in Hagenb. *Mss.* T. 2. p. 253. Ceterum indubitatae est fidei, quum exscripta fuerit etiam a Paulo Hentznero in *Itinerario Germ. Gall. Angliae, Italiae.* Norimb. 1629. 8. p. 61. 1) *Auli Nepoti*, non ANiensi tribu. 2) *Gene-*

venses Provinciales; ut docuit Abauzit in *Dissert.* post Spon *Hist. de Gen.* p. 388. Olim perperam explicabant, *Genevensis Provincia*, quae nulla fuit.

47. T. IVL. T. FIL CORN. 1) VALERIANO | PATRONO COLON. 2) II VIR. AER. 3) III VIR | LOCORVM P. 4) PERSEQVENDOR | TRIB. MILIT. LEG. VI. VICTR | PRAEF. FABRV. FLAM. AVG | PONTIFICI | IVLIA. T. F. VERA. PATRI. OPTIMO.

Genevae. Grut. 408, 6. et 425, 7. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 313. Hagenb. Mss. 2. p. 111. 1) *Cornelia* tribu. 2) Scil. Genevensis v. Spon. Alii intelligere maluerunt de Colonia Equestri. 3) *Aerarii.* 4) *Publicorum.*

48. D. IVL. D. F. VOLT | CAPITON | AVGVRI II VIRO. AERAR | FLAMINI MARTIS | TR. MILIT.

Grut. 421, 6. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 327. Hagenb. *Mss.* 2. p. 165.

49. . . . RICCIO T. F. | . . . . . Ͻ. L. 1) FRONTONI | . . . VIR 2) AERARI | . . . R. 3) EX TESTAM.

Grut. 505, 8. Mur. 768, 7. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 333. Hagenb. *Mss.* 2. p. 295. 1) *Caiae Liberto*; sed Guillimannus p. 87. POL*lia* tribu, quod probabat Hagenb. 2) *Duumviro.* 3) HER*es.*

50. G AROS 1) MARCIANO OP | TIMO IVVENI ET PIENTIS | SIMO OFFICIO INTER CON | VICANOS SVOS FVNC | TO AEDIL. 2) HVNC MIHI | INIQVE INIMICA MANVS AB | TVLIT 3) CONIVGEM CARVM | ET PARENTIBVS INFELICISSI | MIS POST CETEROS VNI | CVM NATVM ATISMARA CONIVGI AMAN | TISSIMO ET MERENTISSIMO.

Literis ligatis: reperta est 1722. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 376. Pocock. p. 80, 7. Hagenb. *Mss.* 2. p. 337. 1) *Caio Arosio.* 2) *Officio— aedilitatis* vel *aedilicio.* 3) Sic pro *abstulit.*.

51. Q. STARDIVS MACER | C. STARDIVS PACATVS | C. ALBVCIVS PHILOGENES | L. STATIVS ANCHIALVS | C. NOVELLIVS AMPHIO | . . CORNELIVS AMPHIO IIIIII VIRI.

Grut. 194, 8. Murat. 746, 7. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 316. Hagenb. *Mss.* 2. p. 231.

52. SEX. ATTIO | CARPOPHORO | IIIIII VIRO AVG | IERIA CASTVLA.

Grut. 368, 4. et 385, 4. Mur. 678, 8. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 316. Hagenb. *Mss.* 2. p. 213.

53. . . . XTI FIL | . . . RINAE | . . . MINICAE 1) | . . . MATERNAE.

Grut. 897, 19. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 317. Hagenb. *Mss.* 2. p. 231. 1) *Fla*MINICAE.

b.) MILITARIA.

54. CN. ARVTIO CN. F. CELERI | PRAEF. COHORTIS | LVSITANORVM . . .

Grut. 366, 5. et 523, 1. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 312. Hagenb. *Mss.* 2. p. 203.

55. . . BLANDIO C. F | VOL. 1) LATINO 7. 2) LEG. | I. ITAL. 7. LEG. II. AVG. 7. LEG | VIIII HISPAN. 7. LEG. XX | . . . . . ONIS DONA . . . 3)

Spon *Hist. de Gen.* 2. p. 373. Hagenb. *Mss.* 2. p. 329. 1) *Voltinia* tribu. 2) Centurioni. „Cum hoc saxo meretur conferri Grut. 555, 1; ubi idem homo similiter centurio quinque diversarum legionum, diverso haud dubie tempore, legitur.“ Hagenb. 3) donis donato.

56. . . . . RI | . . . . ION | LEGIONIS X | HERED. EX TEST.
Grut. 571, 11. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 318. Hagenb. *Mss.* 2. p. 237.

57. · · · S. N. PATRIT . . AS . . P. P. . | . . . RITFERO . . . AE ROMV . . | D . . . NIVGI T . . . LLI . . . S MIL. LEG. XXII. ADI . . . . | . . FECTVM . . . . BI . . | . . OICA . .
Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 345. Hagenb. *Mss.* 2. p. 315.

c.) DIIS DEDICATA.

Ab uno latere:

58. I. O. M. ARCVM . . . . | ORNAMENT . . . | . . . LSI. LIB. VERE . . . .
Ab altero latere:

59. I . . M | ARCVM CVM SVIS ORNAMENTIS | T. VIPIVS 1) CELSI. LIB. VERECVNDVS.
Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 372. Hagenb. *Mss.* 2. p. 327. Pocock. p. 79, 2. 1) An VLPIVS vel VIBIVS? Hag.

60. IOVI O. M | CINGIDVO 1) | STABVLO ET AVLVS.
Spon *Misc.* p. 72. *Hist. de Gen.* T. 2. p. 307. Hagenb. *Mss.* 2. p. 167. Pocock. p. 79, 6. 1) i. e. DVO CINGII, *Cingius Stabulo* et *Cingius Aulus.*

61. IOVI | ASSIGN | M. F | N.
Grut. 13, 3. Murat. 2, 5. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 308. Hagenb. *Mss.* 2. p. 189. qui haec habet: „Ego me nondum videre saxi sensum fateor.“ Scaliger Ind. XV. dedit *Adsignatum Iovi* nostro ex saxo.

62. MERCVRI | AVG | M. ATTIVS BIRR | V. S.
Haller *Bibliothek der Schweizergeschichte.* T. 4. p. 124.

63. APOLLINI | M. VERATIUS | MERCATOR.
Grut. 38, 16. Mur. 23, 5. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 308. Hagenb. *Mss.* 2. p. 161.

64. APOLLINI | M. AVFVSTIVS | CATVSO.
Grut. 38, 12. Murat. 22, 3. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 308. Hagenb. *Mss.* 2. p. 163.

65. MARTI AVG | SACRVM | SENNIVS 1) SABINVS.
Grut. 57, 9. Mur. 44, 1. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 309. Hagenb. *Mss.* 2. p. 191. 1) ENNIVS. Grut. Fortasse divisim scribendum S. (*Sextus*) ENNIVS. *L. Sennium* habet tamen Reines. p. 891. 38.

66. DEO INVICTO | GENIO LOCI | FIRMIDIVS SE | VERINVS MIL. | LEG. VIII. 1) P. F. | C. C. 2) STIP. XXVI ARAM | EX VOTO PRO SALVTE | SVA V. S. L. M. POSITAM | MVCIANO ET FABIANO COS. 3)
Maffei *Dittico Quirin.* p. 28. Hagenb. *Mss.* T. 2. p. 345. Haller *Bibliothek der Schweizergesch.* T. 4. p. 124. 1) v. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 517. 2) Piae Fidelis Constantis Commodae. v. Grut. 485, 8. 3) p. Chr. 201.

67. DEO SILVA | NO PRO SALV | TE RATIARIOR | SVPERIOR. 1) A | MICOR. SVOR | BASIM SANCT 2) | M. ARRIVS CIVIS HEL 3) | V. S. L. M.
Reperta 1678. Spon *Misc.* p. 231. *Hist. de Gen.* T. 2. p. 337. Fabrett. p. 756, 622. Mur. 67, 7. Pocock. p. 80, 8. Hagenb. *Mss.* 2. p. 307. 1) Ratiarios intellige partis superioris Rhodani. 2) SANCT*am* Hag. 3) *Civis Helvetius* potius quam *Helvetiae.* Sic *Civis Nervius* Spon *Misc.* p. 105. *Civis Mediomatricus* Grut. 731, 12. *Civis Mediomatrica*

Grut. 631, 8. *Civis Biturix Vibiscus* Grut. 731, 3. *Civis Tribocus* Grut. 647, 3. cet. Vides hunc usum civitatem in lapp. signandi in Galliis potissimum obtinuisse.

68. NVMINIBVS | AVG | ET DOM. DIV 1) | VICTOR AVG. | LIB. P. P. S. 2)

Murat. 103, 8. et 105, 2. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 313. Hagenb. *Mss.* 2. p. 205. 1) *Domui Divinae.* 2) *Posuit Pecunia Sua.*

d.) MONVMENTA HISTORICA.

69. IMP. CAES. NERV | VLP. TRAIAN. AVG | GERM. PONT. MAX | TRIBVN. POT. COS II 1) | M. P. VIII.

Est columna miliaria reperta in vico Versoy, (Miez: *Levade*) et postea Genevam translata. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 329. Levade p. 496. Hagenb. *Mss.* 2. p. 281. 1) p. Chr. 98.

MEYSERI prope *Genevam.*

70. . . . EPI SEVER
. . . CAI SABADIA
M . . RIBTO. T. IX.
. . DESIC . . . III. P. P. PT
. . . ET ANTONIN
TII . . . P. C. IIII. COS DESG

In corruptissima hac inscriptione Guichenon T. I. p. 42. reperisse sibi visus erat antiquum Sabaudiae nomen *Sabadia.* Sed eius inscitiam optime correxit Sponius *Hist. de Genève* T. 2. p. 343. ita restituens et emendans: IMP. SEPT. SEVERO AVG | PARTHIC. ARAB. ADIAB | PONT. MAX. TRIB. POT. IX | COS. II. DESIGN. III. 1) P. P. ET | M. AVREL. ANTONINO | TRIB. POT. III. COS. DESIGN | M. P . . . .

1) p. Chr. 201.

71. IMP. CAES | DIVI MAGN. ANTONI | NI PII F D . . . . . ER NE | POS . . . . | . . . | TRIB . . . .

Nunc Genevae. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 330. Murat. 1015, 8. Hagenb. *Mss.* 2. p. 283. Prout suppleveris, vel cum Bimardo ap. Murat. l. l. *Imp. Caes. Divi Magni Antonini Pii* (id est, Caracallae) *F. D. Severi Nepos M. Aurelius Antoninus Pius Felix Aug. Trib. Pot* . . . vel cum Massono (*Hist. crit. de la rép. des Lettres* T. 6. p. 210.) *Imp. Caes. Divi Magni Antonini Pii F. D. Severi Nepos. M. Aurelius Severus Alexander Pius Felix Aug. Pontif. Max. Trib. Pot.* (cfr. Grut. 1078, 7 et 8) vel ad Elagabalum, vel ad Alexandrum Severum erit referenda.

72. IMP. CAES | C. VIBIO TREBONIA | NO GALLO PIO FELICI | AVG. PONTIFICI MAX. | TRIB. POTES. 1) COS. II. P. P. | IMP. CAES. C. VIBIO ANNIO 2) GALLO | . . . . ANO 3) VOLVSIANO 4)

Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 334. Hagenb. *Mss.* 2. p. 299. 1) Nisi excidit numerus II., lapis referendus est ad a. p. Chr. 251. 2) Leg. videtur AFINIO ex aliis lapp. v. c. Mur. 253, 4. et ante omnes Barthélemy *Mém. de l'Académie des Inscriptt.* T. 28. p. 606. 3) VELDVMNIANO. 4) In Sponii Hist. editione priore additur PIO. FEL.

AVG. PONTIF (MAX.) prorsus uti in lap. Romano a Barthelemio et Eckhel *D. N.* 7. p. 363. et 369. explicato. Recte, puto.

In clypeo argenteo:

73. LARGITAS. D. N. VALENTINIANI AVGVSTE

Sinner *Voyage dans la Suisse occidentale* 2. p. 79. Memorabile monumentum, ex quo liquet, quo modo tunc temporis Imperatores hominum militarium res gestas remunerati sint.

e.) SEPULCRALIA.

74. DEIS MANIB | SEX M . . . | . . ATRO . . . VI | SAGAR 1) . . . NI | NARCISSVS . . . . AN . .

Murat. 1772, 8. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 334. Hagenb. *Mss.* 2. p. 297. 1) negotiatorem s. mercatorem SAGARIum hic videbat Sponius, ut ap. Fabrett. p. 34, 167. p. 495, 139. Reines. Cl. VIII. 71. Spon *Misc.* p. 226. et 261. sed in Marm. Oxonn. p. 83. XI. SAGARI nomen videtur hominis esse, non artis. *Hag.*

75. D. M. | *et qu*IETI AETERNAE | *ma*NSVETINIAE IV | *lia*NAE LIBERTAE | *ca*RISSIMAE ET CON | *iug*I INCOMPARA | *bili* FEMINAE SAN | *cti*SSIMAE C. MA | *ns*VETINIVS PA | *ter*NVS PATRO | NVS.

Cum supplementis Sponii *H. de Gen.* T. 2. p. 333. Grut. 957, 7. Mur. 1547, 13. Hagenb. *Mss.* 2. p. 291.

76. MEMORIAE | AETERNAE | VERR VERVLAE | COLVSSAE STVRD | CONIVGI INCOM | PARABILI F. C | ET SVB ASC. DED.

Grut. 839, 8. Mur. 1418, 6. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 317. Hagenb. *Mss.* 2. p. 233.

77. CAL. VERNAE 1) | VER. VERVLA | FIL. PIENTIS. P. C. | S. A. D. 2)

Grut. 713, 11. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 318. Hagenb. *Mss.* 2. p. 235.
1) an VERVLAE? *Hagenb.* 2) *Ponendum Curavit. Sub Ascia Dedicavit.*

78. Q. IVLIO SERGIO | MEMORIAE | EIIVS (*sic*) FVLLON | IVSTINVS ET TE | RENTIA BELA TVL | LA ET IVL. MACR | INVS PATRONO | HERED FACIEN | DVM CVRAVER.

Grut. 943, 3. Ut ineditum dat Mur. 1543, 2. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 312. Hagenb. *Mss.* 2. p. 201.

79. . . . ALERIO KANI | OLKANO FILI. .

Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 374. Hagenb. *Mss.* 2. p. 331.

80. D. M | PALLADIO | POLITICE SOCERA F. C. | GENERO PIENTISSIMO.

Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 375. Pocock. p. 79, 5. Hagenb. *Mss.* 2. p. 333.

81. C. SEGELLIO TERRENO | HER. | EX TESTAMENTO.

Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 375. Pocock. p. 79, 1. Hagenb. *Mss.* 2. p. 335.

82. SEX. VCCIO | SECVNDO | ALBVS FRATER | D. S. D. 1)

Grut. 853, 4. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 374. Hagenb. *Mss.* 2. p. 325.
1) *De suo dedit.*

83. D . . | RVFIAE AQVILINAE C. F. AT . . . .

Grut. 921, 18. Mur. 1738, 3. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 332. Hagenb. ex typo Mss. 2. p. 287.

84. L. NAMMIO | NVMIDAE.

Grut. 919, 2. Mur. 1715, 10. Spon *H. de Gen.* p. 332. Hagenb. *Mss.* 2. p. 289.

85. M. CONNI SECVNDI | M. IVL. MARCIANVS | FRATRI.
Grut. 817, 2. Murat. 1455, 4. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 309. Hagenb. *Mss.* 2. p. 197.

86. M. IVL. MARCIANVS | SIBI VIVOS POSTERISQ | SVIS FECIT.
Murat. 1696, 10. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 310. Hagenb. *Mss.* 2. p. 199.
In olla sepulcrali:

87. C. V. VA . .
Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 345. Hagenb. *Mss.* 2. p. 319.

COPPET prope *Genevam.*

88. D. M | PHILETI BRIT | TAL. ANNORVM | XXIIII. DEFVNCT | O. CLAVDIA | NVS FILI VNICI | ET PIISSIMI | P. C. | SVB. ASCIA. DED.
Dedi typum Sponio-Bimardianum ap. Murat. 1200, 4. paullo aliter Grut. 700, 10.: PHILEII BRITTAE.

LANDECY prope *Genevam.*

89. P. DECIVS TROVCETEIVEPI F | VOLTIN. ESVNERTVS | C. MARCIO CENSORINO | COS. 1)
Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 371. Hagenb. *Mss.* 3. p. 107. Notanda maxime nomina Gallica. Cfr. Spon *Lyon* p. 30.: VROGENONERTVS. In aliis *Bilcaisio* Grut. 775, 6. *Biracillus*, *Setuboggius Esuggi F.* Spon *Misc.* p. 109, 88. 1) u. c. 746. cum C. Asinio Gallo. Sed interdum unus dumtaxat Consul refertur in saxis. v. Reland. *Praef. in Fastos.* pag. **** 3. Fabrett. p. 504. et p. 596. Reines. p. 342.

f.) SPURIA.

90. * VIXI VT VIVIS | MORIERIS VT SVM MORTVVS | SIC VITA TRVDITVR | VALE VIATOR | ET ABI IN REM TVAM.
Lips. *Auctar.* p. 45.; qui habuit a Paulo Gulielmo, noto falsario. Grut. 898, 1. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 329. *elle se voyoit autrefois dans les murailles de Genève, vers la Corraterie.* Hagenb. *Mss.* 2. p. 137. Mihi est admodum suspecta.

91. * D. M. S | C. IVLIVS CAESAR LONGINVS | D. CIL. 1) C. IVLI. LEIBERTVS | PERRVPTIS. MONTIB. HVC TANDEM | VENI VT HIC LOCVS MEOS CONTEGERET | CINERES | APOLLO TVAM FIDEM | VIXIT ANNOS XLI. MESS. III | DIES XIIII | HOR. NVL. | T. FVLVIVS D. D. L | COMMILITO COMMILITON | VALE LONGINE AITERNVM | S. T. T. L. 2)
Lips. *Auctar.* p. 44. a Paulo Gulielmo, falsario. Grut. 544, 9. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 310. *elle se voyoit autrefois proche St. Pierre.* Hagenb. *Mss.* T. 2. p. 141. Mihi commentitia videtur, tum propter mirum illud nomen *C. Iulii Caesaris Longini*, tum propter universum stilum a solitis sepulcralibus longe recedentem, v. c. *Apollo tuam fidem — vixit horam nullam*, tum denique propter antiquae scripturae affectatam rationem in LEIBERTVS. AITERNVM. 1) *Domo Cilix* interpretatur Hagenb. *Decimi* FIL. emendabat Sponius. 2) *Sit tibi terra levis.*

92. * D. M | PAPIRIAE POLCRAE | QVAE VIXIT. ANN. VIIII. | MESS. II. DIES XII. | MAGNA FREQVENTIA | LEG. XIII. | EL. EST | L. PAPIRIVS. C. F. PROBVS | TRIB. MIL | AELIA AELIANA | PAR. MOER | FIL. MER. | P. C.

Ab eodem Paulo Gulielmo Lips. *Auctar.* p. 43, 1. Grut. 556, 1. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 336. Hagenb. *Mss.* 2. p. 305. Est commenticia ut constat vel ex ridiculo illo: *magna frequentia Legionis XIII. elata est.*

93. * D. M. S. | VETVRIAE C. F. BELLAE | HEV POSITAE GNATAE TRISTES | POSVERE PARENTES | C. VETVRIVS Q. F. C. N. OVF. IVLIANA Ɔ. F SCAPT. | LIBB. MER.

A Paulo Gulielmo Lips. *Auctar.* p. 45. Grut. 714, 4. Mur. 1228, 6. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 335. „*celle-ci se lisoit autrefois à Genève.*" Hagenb. *Mss.* 2. p. 301. Est omnino spuria, quod facile colligitur ex ineptis illis Ɔ (*Caiae*) *Filia* SCAPT*ia tribu.* Feminae enim neque a matribus designantur, neque tribum habent.

94. * Q. FABIO MAXVM . . | ALLOBROG. VICTOR. | R. C.

Versois prope Genevam. Freherus Grutero: Grut. 406, 6. Hagenb. *Mss.* 4. p. 187. Est hoc ex eo genere supposititiorum, quibus singillatim confingendis gaudebant Viri docti petulantiores Seculorum XV. XVI. et XVII. minime tamen comparandi quum doctrina, tum vafritia et copia commentorum cum Ligorio, nostroque Paulo Gulielmo, longe callidius eadem in arte versatis.

COLOGNI prope *Genevam.*

95. * PRAE. D. AED | AVG. I. CAES.

Mercure Suisse. *Iuillet.* 1745. p. 29. ubi ridicule La Motte explicat: *Praesint Dii aedibus Augusti Iulii Caesaris.* Est omnino spuria; id quod valet etiam de sequente ibid.

96. * D. M | SAL. FAC. IMP. | H. SED. id est, ut interpretatur idem Vir doctus: *Deo Marti. Salvum fac Imperatorem hic sedentem.* „Fungum pro cerebro habet, qui stilum hunc antiquarium putat." Hagenb. *Mss.* v. Haller *Bibliothek der Schweizergeschichte.* T. 4. p. 133.

C. COLONIA IULIA EQUESTRIS NOVIODUNUM. (*Nyon.*)

97. IMP. CAES. M | AVRELIO | ANTONINO | PIO. FELICI AVG | PONTIF MAX | TRIB. POTEST . . . | COS . . . 1) CIVITAS | EQVESTRIVM.

Nunc Genevae, ut pleraeque Noviodunenses, v. Levade p. 220. Grut. 258, 9. et 10. Ut ineditam dat Mur. 1045, 7. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 331. Hagenb. *Mss.* 2. p. 95. 1) Desunt numeri in apographis plerisque. Apud Grut. l. l. recte, puto: TRIB. POTEST. XVI. COS. III. ut referatur ad a. p. Chr. 162.

98. . . ANTONINVS | GORDIANVS | TRIB. POT. III. 1) COS. | C. I. EQ.
Haller 1. p. 226. 1) p. Chr. 240.

99. ANNOR. XII
L. PLINIO
FAVSTI FIL
SABINO
‖
C. PLINIO M. F. C. N. FAVSTO
AEDILI. II VIRO
IVL. 1) EQ. FLAMIN
C. PLINIVS. FAVST
VIVOS 2)
P. C.

Nunc Genevae. Lips. *Auct.* p. 42. Grut. 454, 4. Murat. 1111, 2. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 320. Hagenb. *Mss.* 2. p. 97. et 139. 1) Inserit Grut. COL.*oniae* IVL.*iae* EQ.*uestris.* 2) Sic pro VIVVS ap. Murat. 1389, 15. et passim.

100. D. VALERIO ASIATICI LIBERT | SISSI IIIIII VIRO | COL. EQ. | EX. T. 1)

Versois, nunc Genevae. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 319. Hagenb. *Mss.* 2. p. 115. 1) ex testamento.

101. . . . DE . . . CORN | . . . . | TARRO | CVR. GR. 1) CONVENT. | HELVETIC. | VIRO | IVLIAE Q. FILIAE MARCELLAE | CORNELIAE. Q. FILIAE. MARCELLAE.

Hagenb. *Mss.* 4. p. 33. melius quam ap. Haller. 2. p. 206. 1) Hoc obscurum: nam de GRanarii curatore cogitari non potest. Alii, veluti Hallerus, legerunt in lap. C R. *Civium Romanorum* rectius, puto. Confirmat etiam sequens, eiusdem, ni fallor, inscriptionis typus: . . . ANTABRO | . VR. C. R. CONVEN | HELVETIC II VIRO | IVLIAE GELL. 2) MARCELL | CORNELIAE Q. F. MARCELLAE.

ap. Murat. T. 4. p. 6, 2. et Tschudi *Mss.* p. 127. corruptius ap. Grut. 497, 15. 1) CVR. Vide ne sit *Censitor*, ut N. 118. 2) l. Q. FIL.

102. C. LVCCONI CO . . | TETRICI. PRAEFECT | ARCEND. LATRO . . . 1) | PRAEFECT. PRO II VIR 2) | II VIR BIS FLAMINI | AVGVST.

Murat. 167, 4. Spon *Histoire de Gen.* 2. p. 339. Hagenb. *Mss.* 4. p. 53. 1) Arcendis latrociniis. 2) Praefecto pro duumviro (loco duumviri.)

103. D. M | L. AVR. RESPECTO IVVENI | ERVDITO CAVSIDICO | BIS 1) CIVI VALENSE 2) | ET EQVESTRE DEFVNC | TO ANNOR. XVIII | FILIO PIENTISSIMO | L. AVREL. RESPECTVS | PATER PONENDVM | CVRAVIT.

Reperta in vico Versois, nunc Genevae. Grut. 652, 4. Spon *H. de Gen.* T. 2. p. 310. cuius typum dedi. Hagenb. *Mss.* 2. p. 117. 1) Dubium, utrum iungendum sit CAVSIDICO BIS i. e. qui, etsi adolescens duodeviginti duntaxat annorum, bis iam causas civiles egerat; an BIS CIVI pro *Civi* et *Vallensi* et *Equestri*: hoc quidem praeferebat Hagenbuchius, sed quum vix Latinum sit, in illud ego propendeo. 2) al. VALLENSE; al. VALINSAE (Grut.) Cogitandum de Foro Claudio Vallens. s. Octoduro.

104. D. IVL. L. F. VOL. RIPANO | CAPITONI BASSIANO | EQV. PVBLICO. HONORATO | PRAEFECTO FABRVM | TRIB. 1) MIL. COH. I. GAL. 2) | L. IVL. BROCCHVS | VALER. 3) BASSVS.

Cum varietate aliqua ap. Grut. 425, 6. Spon *Misc.* p. 258. Hagenb. *Mss.* 4. p. 27. 1) Sic Tschudius. Guillimann. al. male TRIBVNVS. 2) *Gallorum.* 3) *Valerianus* potius quam *Valerius*.

105. . . . NIE PRIMVS | E CENA OVIL IIII 1) | E CENAM BIL | ERIEM

Tschudi p. 127. Plantin. p. 240. Hagenb. *Mss.* 4. p. 51. Fragmentum misere corruptum. 1) f. ET CENACVLA IIII.

106. P. SAEDIVS HOSPES | SEX. IVL. PHILARGVRVS (*sic*)

Maffeii *Mus. Ver.* 420, 4. Hagenb. *Mss.* 4. p. 65.

SELIGNY inter *Coppet* et *Nyon*.

107. D. M | CORNELIO | BILCAISIONIS 1) | FIL | PVBLICIA | PERPETVA | CONIVGIS | INCOMPARABILIS.

Grut. 775, 6. Spon *Hist. de Gen.* T. 2. p. 341. 1) nota nomen Gallicum.

D. Lapides inde a Novioduno versus vicum St. Tryphon, dein septemtrionem versus usque ad Eburodunum atque Noidenolicem reperti, excepto Aventico.

PRANGINS prope *Noviodunum.*

108. C. IVL. C. F. VOLT | SEDATO 1) | II VIRO ITERVM. FLAM. 2) AVG | L. IVL. CAPITO AMICO | OPTIMO.
Grut. 424, 11. Hagenb. *Mss.* 4. p. 85. 1) Sic apographum Ritterianum ap. Hagenb. Grut.: SEMATO. 2) FLAMINI Grut.

BEGNINS prope *Noviodunum.*

109. . . RA . . | P. LIC . . . | . . . | . . C. GALI . . . | C . . . | . . LON . . . | — —
Levade p. 42. qui supplet: Imperat. P. Lic. Valeriano Aug. Lic. Galieno et Corn. Saloninae.

In alveo DULIVAE flum. inter *Noviodunum* et *Rolle.*

110. . . . R . | . . VS . . | . . . . . | COS. III S . . . IS PON | TES ET VIAS VETVST | CONLABS. RESTIT | COL. EQV. M. P. VII.
Haller. 1. p. 200. Levade p. 112. principium sic dat: . . . | . . SEPT . . | SEVER . . . | NOBILISSIMVS PON | TES cet.

VINCI.

111. I. O. M | IVLIA. PV | SINNA | FLAM. AVG | V. S. L. M.
Murat. 1991, 6. Hagenb. *Mss.* 4. p. 99. Bochat. 2. p. 444. Haller. 2. p. 349.

AUBONNE.

112. IMP . . . . . | M. ANTONI . . . | GORDIAN . . . . | PII FELIC . . . . | PONTIF. MA . . | POTS IIII. 1) CO . . . | VIA ET PONT . . . | TVT . . COL . . | ALPON
E Mss. Ottiano. Hagenb. *Mss.* 1. p. 140. qui ita restituit: IMP. CAESARI | M. ANTONINO | GORDIANO | PIO FELICI AVG | PONTIFICI MAX. TR | POTEST. IIII. COS. II. P. P. | VIAS ET PONTES | VETVSTATE COLLAPS. | RESTIT. AB. ALPONA M. P. I. quorum tamen supplementorum constructio grammatica haud bene procedit. Longe simplicius esset quod Io. Christoph. Iselio in mentem venit: — — *ob vias et pontes restitutos* vel *via et pontibus restitutis Colonia Alponensis,* si aliunde de hac colonia constaret. Sed vide typum in quibusdam longe accuratiorem Bochati T. 3. p. 619. et ridebis de Alponensi colonia:
IMP CAES | M ANTONI | GORDIAN | PIV FELIC | PONT MAX | POIS IIII COS | VIA ET PON | TVS I COLLI | M P X N C. — quod Bochat recte sic legit:
Imp. Caes. M. Antoninus Gordianus Pius Felix Pont. Max. (Trib.) Potestatis IIII. Cos. Vias et Pontes vetustate collapsos restituit. Millia Passuum XII. (sic etiam Levade p. 183. Reperta est prope Lavigny.)

Inter BIERE et AUBONNE.

113. CAESIA VEGETA | APOLLINI | V. V. S. L. M.
Levade. p. 18.

ST. PREX prope *Morges*.

114. M. AVR . . . . | PIVS. 1) FEL. . . . M. MAX. BRIT. | MAX. PONT. MAX. TRIB. POT. XVI | IMP. II. COS. IIII. 2) PROCOS | FORTISSIMVS. INVICTISSIMVS Q. 3) | . . . . PACATOR 4) | ORBIS. VIAS ET PONTES VETVSTATE | COLLABS. RESTIT . . .

Haller. 1. p. 209. Levade p. 52. 1) Caracalla. 2) p. Chr. 213. 3) Supple AVGVSTVS. Levade sic habet in lac. M. AVG. INV (ictus).

VIDY prope *Lousonnam*.

115. IN HONOREM D . . . 1) | DEO APOLLINI CA . . . | BELA IVLII CONIVX | NIS VIRI SVI V. S. M

Nunc Lousonnae. Bochat. 3. p. 544. Haller. 2. p. 220. Levade p. 344. 1) supple *Domus Divinae*.

Ibidem in ansa urnae fictilis: FOR. BEL.

116. C. IVLIVS TOCCAE | F. RVFVS. A. Q. M. — Reperta 1804. Levade p. 344. qui explicat: Aquarum magister. (?)

MALEY prope *Lousonnam*.

117. BANIRA ET DONINDA I | DAEDALVS ET TATO. ICARI FIL | I SVLFIS. SVIS. QVI CVRAM | VESTRA. AGVNT IDEN | CAPPO ICARI. F.

A Montefalconio in T. II. *Supplement. Antiqq.* p. 236. primum edita, postea bis a Murat. 1443, 4. et 1987, 2. tum in Dom Martin *de la Religion des Gaulois* L. 4. p. 173. (Hagenb. *Mss.* 3. p. 289.) Mira haec inscriptio mihi a male feriato homine conficta videretur, nisi Levade p. 173. asseveraret, eam 1719 repertam, nunc asservari in Bibliotheca Lousonnensium publica. Habet is DONINDAI . . . VESTRAM . . IDEM | CAPO. In SVLFIS quidem agnoscas Sulevias sive Matres a Gallicis populis cultas.

LOVSONNAE.

118. SOLI. GENIO. LVNAE | SACRVM EX VOTO | PRO SALVTE AVGVS | TORVM. 1) P. CLOD. CORN 2) | PRIMVS 3) CVRATOR VIKA | NOR. LOVSONNENSIVM. II 4) | IIIIII VIR. AVGVSTAL. C. C. R. | CONVENTVS. HEL. 5) D. S. D. 6)

Murat. 1054, 1. et 2053, 6. Hagenb. *Mss.* 3. p. 111. Haller. 1. p. 181. 1) M. Aurelii et L. Veri, e Bochatii coniectura. 2) *Cornelia tribu*. 3) Est nomen proprium iungendum cum *P. Clod.* 4) iunge. *Curator iterum*. 5) Censitor Civium Romanorum Conventus Helvetici. 6) De suo dedicavit.

119. DEO SILVANO | ESPER. VRSVLVS. BENEF. 1) LEG. XX.

Haller. 1. p. 25. 1) Beneficiarius. (Eadem est cum N. 123.)

120. LIBERO PATRI | COCLIENSI 1) | P. SEVERIVS | LVCANVS | V. S. L. M.

Mercure Suisse *Sept.* 1745. p. 284. Hagenb. *Mss.* 4. p. 87. Haller. 1. p. 15. qui habet SEVERVS. 1) referunt ad vicum CVILLI (*entre Lausanne et Vevey.*) dummodo non sit commenticia.

PAUDEX inter *Lousonnam* et *Vevey*.

121. IMP. CAES. T. AEL | ANTON. AVG | PIO. P. M. TRP. | COS. III. 1) P P. | AVENT. M. P. | XXXVIII.

Haller 1. p. 176. Levade p. 173. 1) Explica TRIB. POT. III. et COS. III. p. Chr. 140.

ST. SAPHORIN prope *Vevey.*

122. *TI.* CLAVDIVS. DRVSI F | CAESAR. AVG . GERM | PONT MAX. TRIB. POT. VII | IMP. XII. [1]) P. P. COS. IIII | F. A. [2]) | XXXVII

Reines. Cl. 11. 5. p. 250. Spon *Hist. de Gen.* 2. p. 338. Hagenb. *Mss.* 4. p. 143. 1) In apographo Bavieriano ap. Hagenb. IMP. XIII. Utrumque locum habet a. u. c. 800. v. Eckhel *D. N.* 6. p. 241. 2) Incertae signif., maxime quum Bavierius legat. F. C. A. Levade p. 284. explicat: Fori Claudii Aventicum.(?) Vide mox N. 128., ex qua hanc quoque corrigendam censeo: F. CL. V.

123. FORTVN. REDVCI | L. FL. POTITIANVS | V. S. L. M. — Reperta 1820. Levade p. 285,

VEVEY.

124. DEO SILVANO | L. SPER. VRSVLVS | BENEF. [1]) LEG. XX. — Reperta 1777. Levade p. 333. 1) Beneficiarius.

VILLENEUVE. *Pennilucus.*

125. D. D. N. N. CONSTANT. | ET MAXIMI. o. INVICT. PRCI. MAXIMINO | NOBILISSIMIS CAESS. | F. C. A. [1]) M. XXVI.

Haller 1. p. 281. qui corruptum iudicat. 1) f. F. CL. V. Forum Claudii Vallensium. Levade p. 319. habet F. C. V.

126. VICTORIA . . | AVG. [1]) | . . NITIO GENNAE | TVLLIA | — — NTI . . .

Guichenon T. 1. p. 42. Murat. 91, 10. Hagenb. *Mss.* 4. p. 77. 1) *Victoriae Augustae.*

MURAZ prope *Villeneuve.*

127. 1. MERCVRI. 2. HERMINALIS. In duobus cochlearibus aeneis. Levade p. 441.

OLLON.

128. IMP. CAES . . VA . . . . | . . . ICINIANO LICINIO | PF. INVICTO AVG | F. C. VALL. OCT. [1]) | M. P. XVII.

Haller 1. p. 279. Levade p. 228. 1) *Forum Claudii Vallensium Octodurus.*

ST. TRYPHON.

129. . . . CAESAR . . | . . . MANICO | . . . AXIMO | . . OTESTAT . . | . . III | A . . . I.

Haller 1. p. 67. Levade p. 314. qui ad Caligulam referunt.

MINNODVNI. (*Moudon.*)

130. PRO SALVTE DOMVS DIVIN | I. O. M. IVNON. REGIN | ARAM. Q. AELIVS. AV . . NVS [1]) IIIIII. V. AVG | DE SVO. ITEM. DONAVIT. [2]) VICAN | MINNODVNENS. —X. [3]) DCCL. EX | QVORVM. VSSVR. GYMNA | SIVM. INDERCI. TEMPOR [4]) | PER. TRIDVM. EISDEM | VICAN. DEDIT IN. AEVM [5]) | QVOD SI IN ALIOS VSSVS | TRANSFERR. VOLVERINT | HANC. PECVN. INCOL. [6]) COL. AVEN | TICENSIVM. DARI. VOLO. | L. D. D. V. M. [7])

Reperta 1732. Murat. 1102, 5. Hagenb. *Mss.* 4. p. 6. a Ruchato. Haller 2. p. 239. Levade p. 209. 1) *Avienus*. 2) DONAVD. Hall. Levade. 3) *Denarios*. 4) *Intercisis temporibus*. „Saepe in Lapp. et Mss. D. pro T. (v. c. etiam in Palimpsesto Taurinensi Milonianae. AD pro AT cet.) cfr. Macrob. *Sat.* 1, 16. His ludis gymnasticis, intercisis temporibus Minnoduni celebrandis opponuntur spectacula, quae PER QVATRIDVVM SINE INTERMISSIONE EDIDERVNT. Murat. *Proleg.* p. 10." Hagenb. cfr. tamen Maffeii *Mus. Ver.* p. 413. 5) *Aevum*. 6) *Incolis*. Hallerus: INC. 7) Locus datus decreto Vicanorum Minnodunensium.

CHAVORNAY prope *Orbe*.

131. IM . . . CAES. L. SEP | TIMIO SEVERO PERTI | NAC. AVG. ARMEN | ADIABENIC. PARTHI | C. MAXIM. P. P. COS. III | SEV . . . CAES . . . . | . . . . . |

Hagenb. *Mss.* 4. p. 34. a Ruchato. Haller 1. p. 192. Levade p. 73. sic eandem exhibet: IMP. CAES. L. SEP | TIMIO SEVERO PERTI | NACI. AVG. ARAB | ADIABENIC. PARTHI | CO MAXIMO. P. P. COS. III | SEPTIMIO GETAE CAES | COS. II. (p. Chr. 208., si supplementum verum est.)

CORNANT prope *Lassarra*.

132. D. M | IVL. DECVMIN | ET POMPEIE | REGINAE. IVL | VALERIANVS | P. E. [1]) C.

Bochat 3. p. 625. Haller 2. p. 312. Levade p. 96. 1) £. F.

ENTREROCHE prope *Lassarra*.

133. IMP | CAES. TRAIANO [1]) | HADRIANO | AVG. P. M. TRIB. POT. COS. III [2]) P. P. | AVENTICVM | M. P. XXXXI.

Dedi typum Bimardianum ap. Murat. 1030, 6. 1) Reines. Cl. 2, 8. p. 252. e Plantino p. 253. TR. P. AILIO., quod ille coniectura emendavit: CAESARI. P. AILIO. contra Spon. *Misc.* p. 377. TIT. AELIO. De Hadriani praenomine v. Fabrett. p. 346. 2) Explica TRIB. POT. III. et COS. item III. u. c. 872. post Chr. 119. Bochat T. 1. p. 500. et Levade p. 116.

PAYERNE (*Peterlingen.*)

134. IOVI. O. M | GENIO LOCI | FORTVNAE | REDVCI. D. AP | PIVS. AVGVS | TVS [1]) DEDICA . .

Grut. 8, 4. et 78, 5. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 472. Pocock. p. 79. Hagenb. *Mss.* 4. p. 71. 1) Sic in saxo legit Hagenb. αὐτόπτης. et alibi quoque v. c. *L. Iulius Augustus* Grut. 980., 3. Gori *Etr.* 1. p. 327, 67.

EBVRODVNI.

135. C. FLAVIO CAMILLO | II VIR. COL. HEL. [1]) FLAMINI | AVGVSTI | QVEM ORDO [2]) PATRONVM | CIVITATIS COOPTAVIT EIQ | OB MERITA EIVS ERGA REM | PVBLICAM. SCHOLAM [3]) ET STATVAS DECREVIT | VIKANI | EBVRODVNENSES | AMICO ET PATRONO. —

Ineditam habui hanc et seqq. nuper repertas, ab amicissimo Eduardo Bibero. Postea editae sunt in diario historico *Schweizerischer Geschichtsforscher* Vol. 6. Fasc. 1. Bernae 1826. cum interpretatione,

ni fallor, Halleri. 1) *Coloniae Helveticae* Aventici. 2) Scil. Decurionum Eburodunensium. 3) Per *scholam* hoc sensu intellige porticum, in qua conveniebant vicani otiosi; λέσχην, *casino.*

136. IVLIAE C. IVLI. CAMIL
LI FILIAE FESTILLAE
PRIMAE AVG 1)
FLAMINICAE. VICINAE 2)
OPTIMAE OB EGREGIA
EIVS MERITA
VIKANI EBVRODVN.

1) Sic supra versum tertium lapis. Iunge *Flaminicae primae Augusti.*
2) Fuit enim Iulia Festilla civis Aventicensis, ut constat ex alia inscript.

137. MARTI AVG | C. SENTIVS DIADV | MENVS. MEDICVS | V. S. L. M.

Habent hae omnes literas implicatas s. ligatas, quas imitari non queo.

138. MERCVRIO | APOLINI (sic) | MINERVAE | TOGIRIX METIATI 1) F. | V. S. L. M.

1) Sic mihi videntur legendae literae ligatae: nota nomina Gallica.

139. MERC. AVG | M. SILANIVS CANDIDVS | NOMINE SVO ET | M. SILANI SABINI | ET T. SILVI SIMILIS | FRATRVM SVORVM | EX H—S N IIII VI P 1) | M. DOMITIVS MAGNVS | HERES PONEND. CVRAVIT | ET EO AMPLIVS. DE SVO | ADIECIT H—S N ∞CCCC.

A tergo:

DONA VENIBVNT | AD ORNAMENTA EIVS | ET EX §. STIPIBVS | PONENTVR.

1) Sunt hae tres literae paene evanidae, quas Io. Labus V. Cl., quem consului, recte sic explicavit: VI (*sex*) *Pondo.* cfr. Grut. 174, 7. Mur. 1470, 5. Librarum scil. sex pondo debebat esse Mercurii simulacrum in hac basi collocatum.

140. VICTORIAE | IVS 1) I. VALLo | V. S. L. M.

Schweizerischer Geschichtsforscher. T. 2. p. 166. 1) Explicat Haller: *Victoriae Iustae*, ut legitur in quibusdam Pescennii Nigri et Sept. Severi nummis; v. Eckhel *D. N.* 7, p. 156. et p. 170. Sed in lapp. hoc ἐπίθετον inauditum est, unde videndum ne fuerit in lap. pervagatum illud VICTORIAE AVG., vel IVS ad nomen dedicantis pertineat.

141. . . . O | . . SIIS IX II S N III Ɔ | . . . N IVLIVS HERES | PONEND. CVRAVIT | . . . ADIECTIS . . .

142. . . . IIDIDIC . . | . . H—S N CC AD . . .

Fragmenta inedita.

143. IMP. CAES. | L. SEPT. SEVERO P | ERT. AVG. ARAB. A 1) | PARTHIC. MAX. P. P. | ET IMP. CAES. M. AVR. ANTONINO TPOTE. I. 2) | COS. I | AVENTIC. ΛE 3) XXI.

Reperta in pago Treycovagne prope Eburodunum. Habet Reines. Cl. III. 33. p. 312., sed dedi typum ab Hagenbuchio αὐτόπτῃ exscriptum *Mss.* 2. p. 37. 1) *Adiabenico.* 2) p. Chr. 198. 3) Literas ligatas (ΛE iunctim) Hagenb. leg. *Aventic.* ELvetiorum; de LEuga vix cogitandum. Vide de hac inscriptione minus correcte exscripta a Scheuchzero *Itin. Alp.* p. 499. etiam C. B. Hase ad Ioannem Lydum *de Ostentis* p. 338., qui legit *Aventicenses.*

IVONAND prope *Eburodunum.*

144. . . . CATONI . . . .
Haller 2. p. 323.

MONTILLIER prope *Morat* s. *Murten.*

145. D. M | T. NIGRI | SATVRNIN | SATVRNINA | GANNICA | LIBERTA ET | CONIVNX | F. C.
Grut. 948, 4. Hagenb. *Mss.* 4, p. 23.

146. D. M. HIBERNIA. L. 1) | VALENTINA.
Grut. 873, 6. et 913, 15. Hagenb. *Mss.* 4. p. 25.

NOIDENOLEX (*Neuchâtel.*)

147. IOVI | ET DIIS PENATIBVS | PVBLIVS MARTIVS MILES VETERANVS LEG. XXI | CIVIVM NOIDENOLICIS CVRATOR. DVVMVIR | DESIGNATVS. D. S. D.
Sinner *Voyage lit.* T. 1.-p. 169. Haller 2. p. 291.
Ibidem in urna fictili:

148. . . . S. IMP. QVINTIL SEVIR AVG.

149. * IMPERATORI CAESARI | ALEXANDRO SEVERO AVGVSTO | PONTIFICI MAXIMO | TRIBVNIT. POTESTAT. CONSVLI $\overline{II.}$ | FELICITATIS PVBLICAE RESTAVRATORI | PATRI PATRIAE | NOIDENOLEX
Sinner *Voyage* T. 1. p. 173. Haller 1. p. 218. Noidenolice exstitisse perhibetur sub finem Seculi XVII. Mihi est admodum suspecta; tum propter plura vocabula, veluti *Consuli*, omnibus literis scripta, quae alias notis fere designantur: tum propter *quintum* post *Tribunit. Potest.* (p. Chr. 226) omissum; tum denique propter voc. *Noidenolex* sic nude positum.

150. G . . S. T | AG. R . . | . . LO. F | TL . . E | . . . LVET.
Sinner T. 1. p. 170. Haller 2. p. 292. Vide etiam Millin *sur l'ancienne ville de Noidenolex.* Magaz. encycl. 1809. 3. p. 241., qui tamen, quae habet, omnia Bochato et Sinnero videtur debere.

E. AVENTICVM.

a) Quae ad res Helveticas, Aventici nomen, ac rem municipalem pertinent:

151. C. VALER. C. F. FAB. CA | MILLO. QVOI PVBLICE FVNVS. HAEDVORVM | CIVITAS. ET HELVET. DECRE | VERVNT. ET CIVITAS HELVET | QVA PAGATIM QVA PVBLICE | STATVAS DECREVIT | IVLIA C. IVL. CAMILLI F. FESTILLA | EX TESTAMENTO.
Reperta 1809. Haller 1. p. 69. Levade p. 31.

152. DOMNAE 1) AVG | MATRI CASTROR | HEL. 2) PVBLICE.
Haller 2. p. 253. Levade p. 31. 1) *Iuliae Domnae.* 2) *Helvetii*: nisi deest *Civitas* vel *Colonia.* (HELV. Levade.)

153. DONATO.| CAESARIS AV . 1) | SALVIANO EXACTOR. . 2) | TRIBVTORVM IN HEL . . | COMMVNIS 3) VICARIVS.
Grut. 593, 9. Hagenb. *Mss.* 4. p. 215. Levade p. 27. 1) Nil aliud deest nisi litera G; Augusti servo potius, quam liberto. Servi enim, non liberti, suos saepe in lapp. memoratos habebant vicarios. 2) Exactori. 3) Nomen propr. ut Grut. 873, 3. Spon *Misc.* p. 232. Mur. 874, 6.

154. . IVL. 1) C. F. FAB. 2) CAMILLO | . AC. AVG. MAG 3) TRIB. MIL | . EG. 4) IIII. MACED. HAST. PVRA | . T 5) CORONA AVREA DONATO | . TI . 6) CLAVDIO CAESARE AVG | . IER 7) CVM AB EO EVOCATVS | . N 8) BRITANNIA MILITASSET | . OL 9) PIA FLAVIA CONSTANS | EMERITA HELVETIOR. | EX. D. D. 10).

Murat. 1102, 6. minus aecurate. Hagenb. *Mss.* 4. p. 245. αὐτόπτης. Haller 1. p. 144. 1) Caio Iulio. 2) Fabia tribu. 3) Sacerdotum Augustalium Magistro, vel: Sacerdoti. Augustalium Magistro. 4) Leg. 5) et. 6) Supple A TI. 7) Iterum. 8) in. 9) COL. cet. id est Aventicum. Sic in lapp. et nummis nomina propria coloniarum interdum omittuntur, earundem titulis dumtaxat relatis. 10) Ex Decurionum Decreto.

(A)	(B)
155.	LEG : ATO
IMP. CAES. NERVAE	AVG GERM. LEG. XVI |
FLAVIAE. FIRMAE ET	LEGATO. IMP. NERVAE |
TRAIANI. CAESARIS	AVG. GERMANICI DAC |
LEG. VI FIRMAE SODA	LI. FLAVIALI. PRAETORI |
AERARI. MILITARIS	LEGATO. IMP. NERVAE |
TRAIANI CAESARIS	AVG. GERMANICI DACICI |
PROVINCIAE LVGDV	NENSIS. CONSVLI. LEGATO |
IMP. NERVAE TRAIANI	CAESARIS. AVG. GERMANIC |
DACICI AD CENS	VS. ACCIPIENDOS |
COLONIA PIA FLAVIA	CONSTANS EMERITA |
AVENTICVM HELVETIORVM	FOEDERATA
PATR	ONO.

Grut. 427, 12. Hagenb. *Mss.* 1. p. 171. Alteram dimidiam partem adhuc superstitem, et a nobis litera B notatam exscripsit ipse Hagenbuchius. Levade p. 26. iungit cum hac fragmentum infra allatum: CAIO LAELIO. Ingeniose sane.

156. IN HONOREM DOMVS DIVINAE | NAVTAE ARVRANCI . . ARAMICI | SCHOLAM DE SVO INSTRVXERVNT | L. D. D. D.

Reperta in amphitheatro Aventicensi 1804. Levade p. 32. Haller 2. p. 250.

157. GENIO | PAGI TIGOR 1) | P. GRACCIVS | PATERNVS CVR. COL. ET | SCRIBONIA | LVCANA | V. FEC.

Sic Plantin. p. 266. et αὐτόπτης Hagenb. *Mss.* 4. p. 231. Grut. 111, 4. pro V*ivi* FEC*erunt* habet: T. P. I. Testamento poni iussit. Haller 2. p. 110. dat GRAGGIVS. Ut Turicensibus gratificaretur, fraudulentus homo nescio qui, columnam cum eadem plane inscriptione Klotae in pago Turicensi, vel ut olim dicebant, Tigurino, a. 1601. erutam esse finxit multosque decepit. 1) nota scripturam *Tigorini.*

158. NVMINIB. AVG | ET GENIO. COL. HEL | APOLLINI SACR | Q. POSTVM. HYGINVS | ET. POSTVM. HERMES LIB | MEDICIS. ET PROFESSORIB | D. S. D. 1)

Grut. 38, 14. Sed accuratius et auctius exscriptum ab Hagenbuchio *Mss.* 1. p. 179. Consule Hallerum 1. p. 164. 1) *De suo dedit*, vel *dicavit.*

159. DEAE AVENTIAE | ET. GEN. INCOLAR | T. IANVARIVS | FLORINVS | ET P. DOMITIVS | DIDYMVS | CVRATORES

COL | EX STIPE ANNVA | ADIECTIS DE SVO | H—S ᔕ N I D. [1])

Grut. 110, 2. Hagenb. *Mss.* 4. p. 191. Donati p. 58, 8. Morcelli *de Stylo Inscr.* 1. p. 49. Schmidt p. 13., qui habet FLORIANVS. 1) Sestert. Num. mille quingentis. Hagenb.

160. DEAE AVENT | T. TERTIVS | SEVERVS | CVR. COLON | IDEMQVE. ALL. [2]) | CVI. INCOLAE | AVENTICENS | PRIM. OMNIVM | OB EIVS ERGA | SE MERITA | TABVLAM. ARG | P. L. [3]) POSVER. | DONVM. D. S. P [4]) | EX H—S V̄ CC. [5]) L. D [D. D] [6])

Grut. 110, 3. Hagenb. *Mss.* 4. p. 207. Schmidt p. 13. 1) Curator Coloniae. 2) *Allector* Hag. melius quam Schmidt: *Allectus.* 3) pondo quinquaginta. 4) de sua pecunia. 5) ex Sestert. 5200. 6) Hagenb. αὐτόπτης non vidit nisi L. D. idque explicat: *ex sestertiis 5250. dedit.* Si vera est Gruteriana lectio, notissima est formula: *Locus Datus Decurionum Decreto.*

161. DEAE AVENT | C. IVL. PRIMIT | TRIVMVIR [1]) | CVR. COL. I—E. F. A [2]) | CVR [3]) IIIIII VIR | D D SV —II M. P. | . . . II . | L. D. D. D.

Hagenb. *Mss.* 1. p. 230. 1) Suspecta erat vox *Triumvir* Hagenbuchio. 2) Sic Schmidt p. 12. *Coloniae Helvet. Foederatae Aventici.* 3) per mihi mirum accidit CVR hoc iteratum. Itaque videndum, ne in illo TRIVMVIR CVR. lateat TRIVMVIR. L. P. PER. *Locorum publicorum persequendorum*, ut est in aliis inscriptt. Helveticis.

162. IVLIAE CEN | SORINAE | CA. IVL. C. AV. [1]) | . . . PATER

Grut. 688, 7. Levade p. 27., qui ante PATER habet PIVS. Dedi typum Hagenb. *Mss.* 4, p. 195. 1) *Civis Aventicensis*, vel *Curator Aventici* suspicatur Hag. sed CVR. AV. haud scio, an ex interpolatione, habet revera Haller 1. p. 13.

163. D. M. | L. CAMILLIVS | FAVSTVS | IIIIII VIR AVG | VIVS [1]) FECIT | IN ANNO LXX | VIXIT ANNIS LXXXXII.

Grut. 384, 6. Hagenb. *Mss.* 4. p. 237. αὐτόπτης. 1) Sic pro VIVVS etiam Maff. *Mus. Ver.* 452, 9.

164. D . . . . . | OTACILLAE F . . | VENTINAE V . . | ORI OTACILL . . | IIIIII A . . | IPSA VIVA.

Sic Hagenb. αὐτόπτης, ut in plerisque his Aventicensibus, *Mss.* 4. p. 201. cfr. Grut. 446, 5. leg.: *D. M. Otacillae Faventinae uxori Otacillus, Sexvir Augustalis. Ipsa viva.* Ceterum Levade p. 27. sic dat; D. M | OTTACILIAE FA | VENTINAE VXO | RI. M. OTTACILIVS | IIIIII VIR. AVG | IPSA VIVA.

165. D. M | VALERIAE SECCAE | QVAE IVCVNDE | VIXIT ANNIS LXV | L. SEVERIVS | MARTIVS IIIIII VIR.

Wagner *Mercur. Helv.* Ed. 3. p. 202. Hagenb. *Mss.* 1. p. 207. (Levade p. 30.) Non caret suspicione, ubi conferas Bochat T. 2. p. 494., ex quo adiungend.: AVG. MARITVS. F. C. Quid? quod eadem mihi videtur cum seq. fragmento: quod si verum est, falsarius aliquis mira illa: *quae iucunde vixit* inseruerit, necesse est.

166. . . . I . . . SIV . . . RI . . | MARTIVS IIIIII VIR | AVG. MARITVS | F. C.

Hagenb. *Mss.* 4. p. 261. Subiungimus his quattuor sepulcralia, nomina dumtaxat continentia:

167. . . . AELIAE MODESTINAE | QVAE VIXIT ANNIS II. M. VI | AELIVS CLADAEVS ET CANI | NIA MODESTINA PARENTES | FILIAE DVLCISSIMAE | POSVERVNT.

Grut. 665, 1. Hagenb. *Mss.* 1. p. 199. Levade p. 27., qui habet GLADAEVS.

168. D. M | SEVERIAE | MARTIOLAE | SEVER. MAR | CIANVS | FRATER | F. C.

Grut. 852, 1. Tschudi *Mss.* p. 108. Hagenb. *Mss.* 1. p. 197. Periit haec inscriptio.

169. D. M | T. NIGRI | SATVRNIN | SATVRNINA 1) | GANNICA | LIBERTA ET | CONIVNX. — Nunc Morati. Levade p. 33.
1) Uxor idem nomen habens cum marito, quia eius liberta.

170. D. M | HIBERNIAL | VALENTINA. — Levade *ibid.*

b) Cetera monumenta historica.

171. IMP. CAESARI. VESPASIANO | AVG. PONTIF MAX. TR. POT. IIII | IMP. VIII. COS. III. DESIG. IIII. 1) P P | . . . . . | . . . . |

Grut. 243, 4. Hagenb. *Mss.* 1. p. 159. Schmidt p. 7. 1) p. Chr. 71.

172. * . . . P . . . AES . . V . . PAS . . . . G | . . . NT. M . . . RIB. P. OS . . . I . . . | P. P. | . . . APID. N . . DENOL . . . M . . TO . . LAB . . . . | . . . TR . . . VENT . . . M . ENIA . . . ST . . . | . . . TIT . . VES . . AV . . . . ILI . . . . .

v. Sinner *Voyage dans la Suisse occidentale.* Neuchâtel 1781. T. 1. p. 167. Haller 1. p. 157. Inventa esse dicitur Aventici 1617. et ita suppleta a Wetstenio, Consule Basileensi, homine tunc temporis longe inter nos clarissimo:
IMP. CAESAR. VESPAS. AVG | LAPIDIBVS NOIDENOLICE MVLTO LABORE | TRACTIS AVENTICI MOENIA INSTAVRATA | TIT. VESPASIANI AVG. FIL. 1) DEDICAVIT.

1) TIT*us* VESPASIANI AVGusti FILius. Vide tamen, ne fraus toti huic reperto subsit. Wetstenium certe vides praetermisisse notas Trib. Pot. et Consulatuum in fragmento signatas. Levade p. 22. sic exhibet: IMP. CAES. VESP. AVG | PONT. MAX. TRIB. POT. COSS | I. DES. II. PP. LAPID. NOIDENOL. MVLT. LAB | TRACT. AVENT. MOEN. RESTAVR | TIT. VESP. AVG. FIL. D. . parum probabilitèr. Idem habet hoc fragm. . . SIAN . . | . OL. AV. F.

173. NOBILISSI | MO CAES | C. GALERIO | MAXIMIA . . | . . . F

Bochat 1. p. 556. Haller 1. p. 278. Levade p. 32.

174. a) POMPEIANO ET AVITO | COSS. KAL IAN.
b) AVITO ET POMPEIANO. 1) COSS. | KAL. IAN. 2)

a) In pavimento tessellato Aventici reperto Spon *Misc.* p. 40.

b) In simili ibid. reperto. Wild *Avench.* p. 178. Hagenb. *Mss* p. 203. Ex solita reciprocatione nominum consulum et aliorum manifestatum in lapp., qua significabant, utrumque dignitate esse altparem. 1) Consules fuerunt p. Chr. 209. 2) al. leg. AVGustis.

175. PROSTASIVS FECIT

In pavimento tessellato. Hagenb. *Mss.* 1. p. 219.

176. a) AGRICOLAE.

b) LACONIS.

c) P. CRISP.

In amphoris tribus Aventici repertis. Hagenb. *Mss.* 1. p. 221.

c) Diis (praeter Aventiam et Genios) dedicata.

177.* FERTILI BACCHO OREO |
CN. CORN. COTTA |
D. D.

In aenea lamina. *Mercure Suisse; Octobre* 1715. Hagenbuch. *Mss.* 1. p. 227. — *Oreo*, ὀρεῖῳ, *montano* explicant, quamvis poterat esse etiam ἐπίθετον ἐπιχώριον a vico aliquo vel pago, vel vineto denique ductum. Suspecta mihi etiamnunc est haec inscriptio, et propter inauditum illud ἐπίθετον, et propter familiam vel nimis, vel, si mavis, parum Romanam *Corneliorum Cottarum.* Aurelios Cottas, non Cornelios Cottas iamdudum equidem noveram.

178. DEAE | VICTORIAE | IVNIVS | PRIMITIVS 1) | EX VOTO.

Hagenb. *Mss.* 4. p. 259. Levade p. 28. 1) Sic lapis pro PRIMITIVVS.

179. DEAE VICTORI | AE SABIN 1) MARC | IA.

Hagenb. *Mss.* 4. p. 243. αὐτόπτης. 1) *Sabina* potius quam *Sabinia.*

180. BIVIS | TRIBVIS | QVADRVBIS.

Reperta 1742. Hagenb. *Mss.* p. 225. Cfr. similem Spirae repertam ap. Murat. 98, 5. unde explicandum: *Biviis Triviis Quadriviis.* (sacrum.)

d) Fragmenta.

Fragmentum aeneae tabulae honestae missionis Aventici repertae:

181. . . IA . . . .
. . AD . EVM . Q . . .
. . . NCIAE . IMPER . .
. . . MITTANTVR. / . .
. . . ERIT. AVT. IS. CVI . I . .
. . . E. IMPERATOR . .
. . SER . . . .

Sinner *Catal. Codd. Mss. Bibl. Bern.* T. 1. Tab. 1.

182. . . . . ROEPVLON 1)
. . . . VGVST PR. PR
. . . . IAN SVPERIOR
. . . . VBL. PATRONO

Plantin. p. 267. Hagenb. Mss. 4. p. 241.

1) Supple: . . . VII VIRO EPVLON LEG. AVGVSTI. PR. PR. GERMAN. SVPERIOR. PVBLice PATRONO. *Hagenb.*

183. VESPASIAN . . .

In turri quadam. Tschudi p. 107. Plantin. p. 261. Hagenb. *Mss.* 1. p. 165. In alia turri item VESPAS . . ib. p. 167.

184. . . . ERVNT 1)
. . . TI PRAEF

In turri quadam. Tschudi. p. 107. Plantin. p. 261. Hagenb. *Mss.* 1. p. 161. 1) *restituerunt.*

185\. . . . BVLARIA
. . . IB. CO -IAER.
. . . SVERVNT
. . . FCTI PRAEF.
Exscripsit Hagenb. *Mss.* 1. p. 163.

186\. CAIO LAELIO . . . .
. . . .
In turri quadam.
Grut. 427, 12. Hagenb. *Mss.* 1. p. 169. v. de hoc et superioribus fragmm. Bochat T. 1. p. 488.

187\. — — — DO 1)
NAVTAR . . . Haller 2. p. 250. 1) Ordo Nautarum v. supra.

188\. CAMILL | IVCVND> | V. S. L. M.
Lapis superne fractus exscriptus ab Hagenb. *Mss.* 1. p. 211. ibid. aliud fragm.: . . NSA . .
Aliud fragmentum:

189\. V. ET DE | B | M. L. ED.

190\.

(A.)	(B.)
. . . ENDIS	. . IDIM .
. . NT. QVIQVE IN	. . . VAE BROX . . .
. . VERE ET DENVME	. . . LBETO
. . . TOR V T	. . . SSAF VIR :
. . QVEC I—II.	. . . . . .

Hagenb. *Mss.* 1. p. 230.

e) Spuria.

191\. * IVLIA ALPINVLA HIC IACEO | INFELICIS PATRIS INFELIX PROLES | DEAE AVENT. SACERD | EXORARE PATRIS NECEM NON POTVI | MALE MORI IN FATIS ILLI ERAT. | VIXI ANNOS XXIII.
A Paulo Gulielmo habuit Lipsius *Auctar.* p. 53. Grut. 319, 10. nemini posthac visam et procul dubio a fraudulento isto homine confictam e Tacit. *Hist.* 1, 68., ut visum est iam Ryckio ad Tacit. *Ann.* 3, 23. et Hagenbuchio *Mss.* 1. p. 218., quamvis eadem deceptus est etiam immortalis noster Ioannes Muellerus (*Schweizer-Geschichte* B. 1. C. 6.) et Anglus poëta Byron. „*Ie ne connois point de composition humaine plus touchante que cette inscription.*“ v. Lord Byron par Mme *Louise Suv.—Belloc* Paris, 1824. T. 1. p. 316. Levade p. 21. „*Cette épitaphe a été transportée en Angleterre.*“ (?)

PIERRE PERTUIS.

192\. NVMINI AVGVS |
— VM
VIA I CIA PER M |
DVI IIVM PATER M |
II VIR COL HELVE— |
Grut. 151, 1. Hagenb. *Mss.* 4. p. 81. qui ita legit: *Numini Augustorum Via facta per M. Dunnium Paternum II Virum Coloniae Helveticae* (*Aventici*) Haller 1. p. 192.

F. SALODVRI.

193. DEAE EPONAE MA . . [1]) | . 'ILIVS [2]) RESTIO M. . . | . EG [3]) XXII ANTONI | NIANAE. P. P. F. [4]) IMMV | . . S COS. [5]) CVRA. SA | . . NS [6]) VICO SALOD. | < III [7]) KAL. SEPTEMB | D. N ANTONINO | II ET SACERDO . . [8]) | COS. | V. S. L. M.

Est typus Hagenbuchii αὐτόπτου. *Mss.* 4. p. 109. cfr. Schoepflin item αὐτόπτην *Alsat.* 1. p. 442. Haller 1. p. 211. Grut. 87. 4. qui in fine addit: V. S. L. M. quod Hag. non habet; v. Reines. *Epist. ad Rupert.* p. 85. 1) Si fides Hallero item αὐτόπτῃ, leg. MAT*ri.* MA . . si verum est, nihil aliud fuerit, nisi praenomen *Marcus*, omnibus literis scriptum, ut solebant interdum antiqui. Alii explicant *Magnae.* 2) OPILIVS Grut. Hall. 3) Miles Leg. 4) Primigeniae Piae Felicis. 5) Immunis Consulis. 6) Incertam haec habent interpretationem. Hagenb. cogitabat de *Curatore salinarum Sequanarum*; Haller *Curator Saliensium* explicat, nullo sensu. 7) XVIII. Grut. Hall. 8) *Sacerdote* p. Chr. 219.

194. GEN. O VERBIG. [1]) | IN HONOREM | DOM. DIVIN | ARAM CVM SI | GN SVECCON | DEMECENVS | DE SVO POSVIT | IMP DN ANTO . . . | ET SACERDOT | COS. [2])

Typus Schoepflini in *Act. Acad. Theod. Pal.* 3. p. 171. cfr. Haller 1. p. 215. 1) *Genio Verbigeno*, nisi fuit, ut est apud Hallerum, GEN. P. VERB. *Pagi Verbigeni.* In apographo ab Hermanno, Canonico Salodurensi, ad Hagenbuchium missο est GEN. . . VB EI:C, quod ille pessime explicat: *Genio Vbiorum et Coloniae.* 2) p. Chr. 219.

195. IN HONOR DOM | DIVIN APOLLINI | AVG. S. DEMECEN | NVS TEMPLVM | D. S. D. DEDIT. —

Haller 2. p. 360. Sed mirum h. l. *Succonii* nomen una litera initiali significari, magis etiam mirum in Hermanni apographo similem plane hanc legi, quam prae suspecta illa ego unice veram iudico:
IN HONOR DOM | DIVIN APOLLINI | AVG. T. CR. PAMV | SIVS TEMPLVM | D S D [1]) DEDIT.

1) *De suo donum.*

196. MERCVR. AVG | VALER. HISPA | NVS IIIIII VIR. AVG. LVGVD | EXS. VOTO.

Spon *Misc.* p. 171. Hagenb. *Mss.* 4, p. 133. Haller 2. p. 360.

197. IMP. CAES. M. AVREL. AN | TON . . . PIVS FELIX A | VG . . . . BRI . . . | MAX . . TRIB | POT. XVI. IMP. II. COS. IIII [1]) | PROCOS . . . . | . . . P . . . | PACAT . . . VIAS ET | PONT . . VETVSTATE CON | LABS . . . ITVIT | AVENT . . | . . . XXVI.

1) p. Chr. 213. initio anni, quum insit titulus BRIT. v. Eckhel D. N. 7. p. 209.

198. . . . . | . . TONIN . . . | . . . MAX . . | . . POT. XVI . . . PROCON . . . | . . . | . . . | SACER . . . . | . . . | M . . . | XX . . . .

Utraque apud Haller 2. p. 364.

199. T. CRASSI C . . . [1]) | AVITO F. | AN. XXXV.

Grut. 868, 5. et 909, 13. 1) *Crassicio* leg. Tschudi *Mss.* p. 118. Hagenb. *Mss.* 4, p. 127. CRASSIO. Hermannus, Canonicus Salodurensis.

200. D. M | FL. SEVERIANAE.
Grut. 912, 3. Hagenb. *Mss.* 4, p. 129.

201. D. M. VI. 1) | STATILIA PRONIMA 2) | TVGENIAE 3) MARCELLI | NAE STATILI PATERN.
Prope Salodurum. Hagenb. *Mss.* 4. p. 135. 1) Significat VI*vit*, ut in saxis Nemausensibus, vel leg. V. F. *viva fecit.* Hagenb. 2) *Phronima.* 3) al *Eugeniae.* Peiorem lectionem et interpretationem v. ap. Bochat 2. p. 419.

202. D. M | SEVERI CV | RAVERVNT | FRATRES EIVS.
Ex Hermanni apographo.

203. D. M | . . . MEMORINAE | SEVERIANVS | PATER | F. C.
Ex eodem.

204. (*Asciae sepulcralis figura*) D. M. | S. IVNI MA | IORINI FI | LI EIVS CVRAVERVNT.
Ex eodem.

205. . . . M | L CR . . . ICI COR | BVLON. S IIIII VIR | AVGG. LIↃ PRIM | VS ET SEC CALVS | FILI EIVS PONEN | DVM CVRAVER | VNT.
Ex eodem. Abit aliquantum ab hoc Halleri typus T. 2. p. 363.

206. . . . . | . . . | VI ΛAIC . . . . | DE REPVBL R I . . . | TVER 1) ETARM. DE SVc | D. D.
Ex eodem. 1) v. Haller 2. p. 363.

AMSOLDINGEN.

207. . : . AMILL 1) POLYNICES | . ATIONE 2) LYDVS ARTIS | - VRIFEX CORPORIS | . ABR TIGNVARIORVM | . PVD EOSDEM OMNIB | . ONORIBVS FVNCTVS | . . VIXIT ANNOS . . . . | . TQ 3) AMILLIO TAVLO | . ILIO EIVSDEM ARTIS | . T CORPORIS QVI.VIXIT | . NNOS AETATIS XXXIII.
Schweizerischer Geschichtsforscher T. 2. p. 156. 1) *Amillius.* 2) *Natione — Aurifex — Fabr. — apud* cet. 3) Explica *ET Quinto* non ATQ*ue.*

208. D. M | IVLIAE PVSINNAE | VXORI KARISSIMAE | AC PVDICAE PIISSIMAE | QVAE VIXIT ANN. XVIII | DIEBVS IIII | P. ACILIVS THASEVS | PERINDE 1) CARISSIM. MARIT | F. C.
Ibid. p. 155. 1) Rarum hoc in lapp. an subest error?

RAPPERSCHWEIL in pago *Bernensi.*

209. . . . VRIO AVG | STA . . . INCANVS | EX V . . . VNIA SVA | : . T.
Schmidt pag. 52. *Mercurio Augusto — — ex voto pecunia sua posuit.*

G. BASILEAE.

210. SOCIETAT . . . S. I. LVC. RED.
Wagner *Merc. Helv.* p. 62. „In plumbo effosso Basileae 1653.“ „An antiquum? non puto. An *Societati universae, si lucrum redeat?* Non puto. An *Societati . . . Societas Iesu Lucernensis reddit?* Nescio.“ Haec ludibundus Hagenbuch. *Mss.* 1. p. 333. Mirum omnino aenigma.

211. In columna 1751. eruta:

. . . .
. . . .
. . . .
ƆEZ
ƆNVN
ƆSSꓶS. — Hagenb. αὐτόπτης l. l. ibid.

AVGVSTAE RAVRICORVM. (*Aeugst* bey *Basel.*)

212. . . . . III. TONIS. OM. VIII |
. . . . T. OCCISI IN VOCRV |
. . . LLO. VISVRIX MAL |
. . . ER. P. C..

Typus est Tschudianus p. 147. Urstisianum dat Reinesius *Class.* XII. 65. p. 671. T. versu 2. omnino vitiosum videtur . . . . MITONIS | OMVLII F. | OCCISI IN | VOC. | RVLLO | VISVRIX | MATER. P. C. — mireque interpretatur *occisi in Vocladensi praelio* inter Alaricum et Clodovaeum (in campis Vocladensibus decimo a Pictavio lapide) commisso p. Chr. 507. De eiusmodi fragmentis certi nihil definiri potest.

213. D. M. | LABERIAE TRENE | V. A. XI. DIEBVS XXVII | VETVRIVS HELIX ET LABERIA | SYNTICHE FILIAE PIENTISSIMAE | FECERVNT.

Hanc inscriptionem Wagner *Merc. Helv.* iam in Ed. prima 1681. nuper Augustae Rauricorum repertam esse, et a Faeschio nescio quo Basileae asservari testatur. Sed eadem tamquam Romae exstans refertur iam a Mazochio *Epig. ant. Vrb.* p. 114., qui similiter in textu vitiose TRENE, sed in corrigendis recte IRENE. Eandem Romae vidit Smetius p. 127, 9., habetque ut Romanam e Smetio Grut. 692, 7. Fraus igitur subest aliqua, maxime manifesta in vitioso illo TRENE e Mazochio imprudenter assumpto a falsario. Sic Mazoch. habet ut Wagner SYNTICHE. Smet. et Grut. SYNTYCHE. Rem tamen ita explicat Hagenb. *Mss.* 1. p. 283. „Crediderim Laberiam Irenen Augustae Raur. mortuam sepultamque, postea sepultae ossa Romam delata et rursus condita esse." Sed ossuum translationis mentio plerumque fit in lapidibus, quia vel Pontificum vel Imperatoris permissu eam ad rem opus erat.

214. . . . TIO. QV . . | . . ELLO . FLA . . . | . . . VIRO . . CO . . . . ATRON

v. Schoepfl. *Alsat.* 1. p. 585. Patin *Rélations histor.* p. 141. Hagenb. *Mss.* 1. p. 289. Latet in his . . . TIVS aliquis QVI*rina* tribu, FLA*men* . . *et* VIVIR CO*loniae* Aug. Rauric. Aliud fragmentum: M. IVLI . . .

215. a) VTERE FELIX

In cochleari argenteo. Sic legit Hagenb. testis oculatus (*Mss.* 1. p. 297.), non ut Basileenses antea voluerant: VTERE SEIE. estque illa solita admodum formula in varii generis instrumentis.

b) BORILLI OF [1])

In vasculo fictili. 1) *officina.*

e) QVINTVS.

In simili. In alio: PATERCLINI. In alio CPVFSEC, *Caius Pufius* (vel potius *Rufius*) *Secundus*. Hagenb. *Mss.* 1. p. 307. In alio: MARIANSF i. e. *Marianus fecit*. In lampade fictili: ꓤΛꓤ. i. e. *Rubrius*. In alia: ATIME. In latere cocto: A. MASONIVS. Schoepfl. *Alsat.* 1. p. 511.

LIESTALL prope *Basileam*.

216. D. M | C. INDVTI SA | LVSTIANI C | VICTORINI | CONIVNX.

Schmidt p. 56. Duobus igitur maritis unum hoc monumentum statuit coniux.

217. PRIM. ACCOTEI | LIB. ANN. XVI. ET SOROR ILLATVS A RAVRICA ANNIS ET MENS. VI. H. S. S. [1]) PATRONVS PO.

Schmidt p. 55. Confirmat haec inscriptio admodum barbara veram scripturam RAVRICA. cfr. seqq. 1) Hic siti sunt.

(218. L. MVNAT. L. F. L. N. L. PRON [1]) | PLANCVS. COS. CENS. IMP. ITER. VII. VIR | EPVL. TRIVMPH. EX RAETIS. AEDEM. SATVRNI | FECIT. DE MANVB. [2]) AGROS. DIVISIT. IN. ITALIA | BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT | LVGDVNVM. ET RAVRICAM.

Caietae. Grut. 439. 8. Hagenb. *Post-Helv.* p. 147. Visconti *Iconografia Romana* ed. Mediol. T. 1. p. 216., cuius typum dedi. v. de Vita *Thesaur. antiqq. Benev.* T. 1. p. 35. 1) *Lucii filius*, *Lucii nepos*, *Lucii pronepos*. 2) MANVBIIS al. MANIB. al.

219. De „COHORTE XIV. RAVRICORVM," quam Schoepflinus *Alsat.* T. 1. p. 37. laudat ex titulo ἀδεσπότῳ, quem neque Hagenbuchius invenerat, neque ego usquam invenire potui, vel propter numerum ipsum vehementer equidem dubito.)

H. VLTINAE. (*Olten.*)

220. * IMPERATORI. TIB | CLAVD. NERON. QVI TRANSIVRASSI VALL | ROMANIS INVIAM | COEPIT SVPERARE | VICANI VLTINAT | ENSES NAVIGANT | ES POSVERVNT.

Est typus Hermannianus collatus ad inscript. ipsam ab Hallero 1. p. 32. qui tamen typus habet incredibilia quaedam et inaudita, veluti *Transiurassi Vallem* et *Vicanos Vltinatenses navigantes*. Typus Zurlaubenianus mihi quidem verior videtur, etsi truncus et corruptissimus: . . . . . AV | CAIO NERONI VL | TRA IVR [1]) . . . VALL | ROMAN . INVII . . | CEPTV SVP . . AN | . . ISANI [2]) VLTINA . . . NAV. STAN | TES [3]) POSVERVNT.

Haller ibid. 1) vides hinc exire *ultra Iurassum*, non *Transiurassum*. 2) l. VICANI. 3) Fuitne STATVAM? At videat mihi aliquis sequentem:

221. M. M | . . MEMORIAE | CINNENI. SECVN | QVI VIXIT ANNIS | XXI. M. VIII | CINNENIVS | SECVNDVS ET CINN. SECVN | DIN. FRATRI FA | . . END CVRAVE | . . T.

Haller 2. p. 372. Huius autem a teste oculato typum hunc habui longe utique corruptiorem, sed qui miris suspicionibus locum praebet: II MIMORIA A E R | CAII NIRONL FRATRIS SINAII | ROMANI I II CIPIVS VIX AN XX. I SAININ IIN | IISAI SENATVS PA | IS POSVIRVNT.

Vides habere hunc tit. communia quaedam cum utroque Halleriano 1. p. 32. et 2, p. 372., unde suspicio mihi enata est, unum hoc sepulcrale monumentum, satis illud quidem vulgare, exstare Vltinae, mireque lectum esse et a Zurlaubenio et ab Hallero.

OBER-CVLM prope *Lenzburg.*

222. In lateribus coctis ap. Schmidt p. 74.
LEG. XI. C. P. F.
Similes lateres Leg. XI. Claudiae Piae Fidelis, reperti sunt in pago Moeriken et Clotae.

I. VINDONISSAE. (*Windisch.*)

223. IMP T VESPASIANO | CAESAR. AVG VII COS 1) | ARCVM | VICANI VINDONISSENSES | CVRTVRBANIO MATTONE T 2) | VALER ALBANO L VETVRIO MELOCOTTIO.

Brugg prope Vindonissam antiquam. Ita hunc titulum mihi exhibuit amicissimus Fischius, Diaconus Bruggensis, αὐτόπτης. Sed Haller 1. p. 149. defectus indicia habet post VII COS: item post MELOCOTTIO, quod scribit MELLOCOTTIO. Alia exempla v. c. Grut. 1068, 3. addunt RVFO QVINTO SEXTIO, nomen admodum suspectum. Cfr. Hagenb. *Mss.* 4. p. 273., cui sine caussa suspectus erat propterea, quod ap. Grut. l. l. Henricus Gundelfingerus fraudulenter eum sic interpolaverat:
IMP. T. VESPASIANVS | CAES. AVG VII. COS | MARTI. APOLLINI | MINERVAE | ARCVM VICAN | VINDONISSENSIS CVRIAE | T. VRBANIO MATTONI | T. VAL. ALBANO | L. VETVRIO MELLOCOTTIO | RVFO QVINTO SEXTIO.

1) p. Chr. 76. 2) *Curantibus T. Urbanio Mattone, Tito* cet.

224. . . . . G PON
. . . B POT III
. . . LONIO PATR

Hagenb. *Mss.* 4. p. 281. Latet in his: AVG. PONTIF. MAX. — TRIB. POT. III . . . (Apol) LONIO PATRono.

225. M. APRONIVS | M. F. VAVIVS. SEG | . . . M. S. M. AV. CO. AVG. 1) | MILES LEG. XI. C. P. F. | EX. CEN. FVSCI ANNO | XXXVII. STIPENDIO | RV. XVII. H. S. E EST 2) | TESTAMETO FIERI | IVSSIT. HEREDES | FACIVNDV. CVRAR | VNT.

Haller 1. p. 189. 1) Haec corrupta. 2) EX.?

226. Vindonissae erutum est hoc amuletum: Hagenb. *Epist. inedit.* 1721. N. 4.



id est, ΥΓΙΕΙΑ. Axierus. Axiocersa. Axiocersus, Casmilus. v. Schol. ad *Apollon. Argon.* 1. 917. p. 72. *Schaefer.* Pertinet ad cultum Cabirorum Samothracum, de quo inter alios consule Schelling, *Ueber die Gottheiten von Samothrace.* Stuttgart. 1815. 8.

227. In lateribus coctis:

A.	B.
LEG. XI. C. P. F	LEG. XXI.
LEG. XI. G. P. F	LEG. XXI. G. (*Gallica*)
LEG. VI.	L. XXI. G. R. (*Gallica Rapax*)
	L. XXI. S. C. VI. [1] (*Severiana, Constans, Victrix.*)

Haller 2. p. 395. 1) Postremus hic typus passim repertus est etiam in vico Taettwyl. Haller 2. p. 466.

228. In figulinis:
a) IOVIANVS F.
b) TERTIVS F.
c) OF. CRESPI.
d) OF. CALVS.
Haller 2. p. 396.

229. In lampade aenea:
ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΩΝ ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ.
Haller 2. p. 398.

230. CLAVDI . . .
. . . .
Plantin. p. 277. Hagenb. *Mss.* 4. p. 263.
ATIMETI.
In lampade fictili. Hagenb. *Mss.* 4. p. 265.
CAL . . | . VII | I. O.
Hagenb. *Mss.* 4. p. 267.

ALTENBURG postea *Koenigsfeldae.*

231. C. VALERI | VS C. F. VOL [1] | CAMPANVS | VIENNA. MIL | L. XI. C. P. F. | . . OLNI [2] ANNO. XL | STIP. XI. T. FE [3] | C. COMINIVS | NEMAVSVS. F [4] | F. C.

Grut. 561, 4. Hagenb. *Mss.* 3. p. 71. Haller 2. p. 382. 1) *Voltinia* tribu. 2) latet hic Centurionis nomen. 3) Fortasse T. F. I. *Testamento fieri iussit* Hagenb. 4) Fortasse leg. H. *Heres faciund. curavit.*

KOENIGSFELDAE.

232. L. TITENNIVS. L. F | LEMONIA VIC | TORINVS BON° [1] | MIL. LEG. XI. CPF | 7 [2] VALERIANA [3] | ANNOR. XXV | STIPENDIOR. V. | H. T. F. C [4]

Hagenb. *Mss.* 3. p. 85. Haller 2. p. 381. 1) *Bononia.* 2) *Centuria.* 3) Raro sic designantur Centuriae, saepius ita: *Centuria Valerii* cet. Ap. Mur. 797, 5. et 2028, 8. memoratur *Turma Pervinciana.* — *Duplaris Alae Sabinianae* est in fragm. ap. Camden-Gibson T. 2. p. 209. 4) *Heres* (ex) *testamento*, Titennii scil. *faciund. curavit.*

GEBISTORF prope *Vindonissam.*

233. M. MAGIVS. MI. OB. [1] MAG | C. AVS. [2] VERONA MIL. LEG. XI CPF. [3] | 7 [4] MARCI. MODESTI. ANN. XXXIII |

EX TESTAMENTO H. F. C. 5) | LENNIVS 6) SECVNDVS | Q. ROMANIVS. VERECVNDVS | H. S. E. 7)

Dedi typum Hagenbuchii ab ipso iterum exscriptum *Mss.* 2. p. 75. Cfr. Grut. 551, 10. Haller 2. p. 381. 1) probabiliter Grut. aliique: M. F. POB*licia tribu*. 2) al. MACRIVS. Haller MA . . . VS. incerta omnino est lectio. 3) *Claudiae Piae Fidelis*. 4) *Centuriá*. 5) *Heredes faciund. curaverunt*. 6) *Lucius Ennius*. 7) *Hic situs est*, sensu post versum tertium locandum.

234. TI. CLAVDIO HYMNO | MEDICO. LEG. XXI. | CLAVDIAE QVIETÆ. EIVS 1) | ATTICVS. PATRONVS.

Hagenbuchii αὐτόπτου typus *Mss.* 2. p. 76. 1) Scil. *uxoris*, solita in lapp. ellipsi.

K. AD AQVAS HELVETICAS (*Baden im Aargau;* proprie in pago Weilen inter Aquas Helveticas et Vindonissam antiquam.)

235. IMP. CAESARI | DIVI NERVAE. F | NERVAE TRAIA | NO. AVG. GERM | PONT. MAX. TRIB. POT. COS. II. P. P. DES | III. M. P. 2) LXXXV.

Asservatur nunc Turici in Bibliotheca civica. Habet iam Grut. 155, 5. ut ineditum dat Murat. praef. ad Tom. IV. n. 6. Hagenb. *Mss.* 1. p. 311. Pertinet ad a. u. c. 852. p. Chr. 99. 2) millia passuum.

236. DEO. INVICTO 1) | TIB. CASSIVS | SANCTVS | ET TIB. SANCTE | IVS. VALENS | IEVI. 2) L.

Est typus Simleri *Antiqq. Mss.* T. 1. fol. 52. et Tschudii p. 83. Grut. 21, 10. Hagenb. *Mss.* 1. p. 325. Murat. Praef. ad Tom. IV. p. 10. dat ut ineditum. 1) Scil. Mithrae. 2) corruptum hoc IEVI abest a Gruteriano typo. Fortasse nihil aliud erat nisi, V. S. vel EX VISV, EX IVSSV.

237. P . . . . . .
MERCVRIO . . .
MARVNO . . . .
. . . . NS
P. M . . . . R. P.
. . . .
. . . .
. . . . NR.

Nunc Turici in Bibliotheca civica. De lapide misere evanido mira vixque credibilia commenti sunt Zurlauben et Hallerus. Monet Hagenb. *Mss.* 1. p. 239. ex Reinesio p. 119., Mercurium nomen esse interdum proprium hominis Romani, non tantum Dei.

238. M. AVRELIO ANTONINO CAES | IMP. DESTINATO 1) M. L. SEPTIMI | SEVERI PERTINACIS. AVG. FILIO. RESP | AQV.

Male iam Simlerus *Antiqq. Mss.* T. 1. fol. 51. b. et ex eo Plantinus p. 283. Wagner *Merc. Helv.* p. 54., alii (cfr. Haller T. 1. p. 204.) hanc inscriptionem a. p. Chr. 199. referunt ad nostras Aquas Helveticas, quum reperta sit ad Aquas Marchionatus Badensis, teste Apiano fol. 455. Grut. 267, 8. et 9. collatis corrigendis, Beyellio apud Barth. *Adversar.* p. 2428. 1) Male nostrates, etiam Hallerus: DESIGNATO.

L. ZURZACH.

239. M. IVNIO M. F. VOLT [1]) CERTO | DOMO. VIEN. [2]) VETERAN | MIL. LEG. XIII. GEMINAE | CERTVS ET AMIANTHVS (*sic*) | PII HEREDES FECER.

Grut. 548, 7. et 570, 10. Hagenb. *Mss.* 4. p. 325. 1) Voltinia tribu. 2) Vienna.

240. Q. VALERIVS | Q. F. FAB. [1]) LIB | ENS. BRIXA [2]) | MIL. LEG. XI. C. | P. F. [3]) > [4]) ATTIENI | MAXIMI.

Hagenb. *Mss.* 4. p. 337. 1) Fabia tribu. 2) Brixia. 3) Claudiae Piae Fidelis. 4) Centuria.

241. . . . . GIACVS | . . . OLIA [1]) SVPER [2]) | PO-ENTIA [3]) MILES | LEG. XI. C. P. F > SALNI [4]) | MAXIMI ANNORV | XXXV. STIP . . .

Hagenb. *Mss.* 4. p. 341. 1) POLIA. Mss. Ottianum. 2) cognomen hoc alias quoque in lapp. invenitur. 3) Pollentia. 4) SAENI Mss. Ottianum.

242. . . . OR . . | . . PROC . . .

Hagenb. *Mss.* 4. p. 343.

M. WETTINGEN s. Monasterium Maris Stellae prope AQVAS HELVETICAS.

243. DEAE ISIDI TEMPLVM A SOLO | L. ANNVSIVS MAGIANVS | DE SVO POSVIT VIR AQVENS B [1]) | AD CVIVS TEMPLI ORNAMENTA | ALPINIA ALPINVLA [2]) CONIVNX | ET PEREGRINA FIL. -X C [3]) DEDE | RVNT. L. D. D. VICANORVM. [4])

Grut. 82, 9. Haller 1. p. 15. accuratius ap. Hagenb. αὐτόπτης *Mss.* 4. p. 295. 1) *Sexvir Aquensis bis* Hagenb. cum Scaligero in *Ind. Grut.* voce *VIvir*. Inauditum enim est, *virum* poni simpliciter pro *cive*, *municipe*, *incola*, *pagano*, *vicano*. 2) Hinc conficta est a Paulo Gulielmo celebratissima illa *Iulia Alpinula*, quae etiamnunc eruditis et sculptoribus quoque in deliciis est. 3) denarios centum. 4) de Vico Aquensi v. Tacit. *Hist.* 1, 67.

244. In pateris antiquis Wettingae 1633. erutis repertae sunt hae inscriptiones: (Hagenb. *Mss.* 4. p. 321.)

a) DEo. MARTI MIL [1])

1) Militari, ut Grut. 58, 4.

b) MIIRCVRI [1])
[MANI]
/ / / / / / /
C. HIILVI [2])
P. RIVATI.

1) Mercurii. Videsis quae de Mercurio isto Mano somniavit Reinesius *Inscriptt.* p. 120. 2) C. Helvii Privati.

c) RINIONI BOITT\RI [1]) 1) al. BOLTYRI v. Bochat 2. p. 407.

d) BENIGNES. LEGENTI. REGLII.

Tria sunt nomina *Benignes* pro *Benignae*, ut saepe in lapp., v. Scalig. Ind. Grut. XIX. ES pro AE. *Legentii*, *Reglii*, s. *Regilii*. Hagenb.

N. TVRICI.

245. D. M. | HIC SITVS EST | L. AEL VRBICVs | QVI VIXIT AN | VNo M. V. D V | VNIO AVG LIB | P. P. STATVRICxx | XL G. ET Æ SECVNDIN | P. DVLCISSIM F.

Turici in bibliotheca civica, literis ligatis, quae exprimi h. l. non potuerunt. Certissima est nota illa Hagenb. interpretatio magno cum doctrinae apparatu in *Τεσσαρ. Turic.* 1747. exposita: *D. M. Hic situs est L. Aelius Urbicus: qui vixit anno uno, mensibus V. diebus V. Unio Aug. libertus, Praepositus Stationis Turicensis* XL. (quadragesimae) *Galliarum: et Aelia Secundina puero dulcissimo fecerunt.*

LUNNEREN in pago *Turicensi.*

246. In fragmentis figlinis, a. 1741. effossis:

a) . . EPONA. (Deae Eponae fortasse nomen.)
b) ⊙ PASIEN
c) COSRV
d) oVRVA
e) ΛFSARR
f) . . RISCINVSM

BVCHS in pago *Turicensi.*

247. OFMODES [1])

In latere coctili 1759. reperto. 1) id est: *officina*, vel *opus figulinum Modesti.*

KLOTEN in pago *Turicensi.*

248. LEG XI C. P. F. [1])

In lateribus coctis compluribus. Hagenb. *Mss.* 3. p. 11. 1) *Claudia Pia Fidelis.* In aliis: L. XXI C. (*Claudia*). In aliis:

249. L. XXI S. [1])

Hagenb. *Mss.* 3. p. 19. 1) *Severiana.* In aliis:

250. L. XXI. S. C. VI.

Id est: *Leg.* XXI. *Severiana Claudia* (a Claudio Gothico sic rursus dicta) *sextum.* Si diffidis, consule Eckhel *D. N.* 7. p. 405. Sic in lap. Pannonico ap. Schoenwisner *Iter per Pann.* 2. p. 287. reperitur: *Miles Leg. I. Adiut.* BIS *Piae Fidelis.*

O. VITODVRI (*Ober-Winterthur.*)

251. I O M | DIIS MANIBV. [1]) | CORLV [2]) SAC IOV | IVL F P VALE V. [3])

In latere cocto.

Hagenb. *Mss.* 4. p. 283. 1) *Iovi Opt. Max. Diis Manibus* est etiam Grut. 10, 5. Cfr. ib. 410, 5. 372, 9. Gor. *Etr.* 1. p. 345, 24. 2) Incertae interpretationis notae, in quibus latere videtur praenomen, nomen, cognomenque *Sacerdotis* huius *Iovis.* 3) *Iulius Filius Posuit. Vale Vale.* In aliis haud paucis legitur: VALE. ET. TV.

252. D. M | C. LVCI P R | M F PPO | V M S.

In latere cocto. Hagenb. *Mss.* 4. p. 289. Utrumque laterem vidit Novo-Vitoduri in bibliotheca civica Hagenbuchius ipse, neque aliter

tegit. Hunc tamen, ut prudentem virum decebat, interpretari aggressus non est: nimis enim uterque, etsi indubitatae fidei, recedit a formulis solitis.

Ad Vitodurum pertinet haec inscriptio CONSTANTIAE reperta:

253. IMP. CAES. G. AVRE. VAL. DIOCLETIANVS AVG. PONT. MAX | SAR. MAX. PERS. MAX. TRIB. POT. XI. IMP. X. COS. V. 1) PP. ET | IMP. CAES. M. AVR. VAL. MAXSIIMIANVS. AVG. PONT. MAX. SAR | MAX. PERS. MAX. TRIB. POT. X. IMP. VIII. COS. IIII. PP. ET IMPP | FL. VAL. CONSTANTIVS. ET GAL. VAL. MAXIMIANVS FILII | CAESS. MVRVM. VITVDVRENSEM. A. SOLO. INSTAVRARVNT | CVRANTE. AVRELIO. PROCVLO. V. C. PR. PROV. MAX. SEQ. 2)

Dedi typum Tschudianum *Mss.* p. 67. meliorem, quam Grut. 166, 7. cfr. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 131. Hagenb. *Mss.* 2. p. 9. Schoepflin l. l. contendit, ultima vocabula PROV*inciae* MAX*imae* SEQ*uanorum* a falsario esse adiecta: sed habet ea *αὐτόπτης* Tschudius, cui nemo unquam malam fidem exprobravit. 1) p. Chr. 294. 2) „Ut ex hoc saxo patet, Vitodurum pertinuisse ad Sequanorum provinciam maximam, ita ex Notitia Imp. Occid. p. 133. a. *Tribunus Cohortis Herculeae Pannoniorum Arbore* colligitur *Arborem Felicem* pertinuisse ad Raetiam provinciam. Ergo *Finis* (*Pfyn*) inter oppida Winterthur et Arbon fuit limes inter Sequanos et Raetos." Hagenb. Vide tamen Mannert T. 3. p. 603., qui *Ad Fines* prope Constantiam ponit.

P. GAVNODVRI (*Burg* bey *Stein am Rhein.*)

254. IMP. CAES. CAIVS . . . .
. . RIB. P. P. . . . . ASA
. . . . . A . . . SS
ıɔ ıɔ . . OC . . . . D I
. . . M . . . .
SC . . . .
DE.

Sic datur in duobus typis diversis ap. Hagenb. *Mss.* 1. p. 345. Apud Tschudium p. 68. Grut. 188, 7. et 1021, 5. aliquanto auctius:
IMP. CAES. CAIVS PONT | MAX. TRIB P. P . . |
. . . P. P. PROC . . . | . . . ND . . . S | . . . . SC |
. . . DE . . .
In alio rursus typo Mss. a Io. Casp. de Schennis et Isaaco Vettero 1731. exscripto item clare legitur P. P. PROC., id quod Hagenbuchius ipse a. 1727 tantummodo legerat: P. P. . . OC . . ita, ut quaestio adhuc sub iudice pendeat, utrum proconsularis dignitas revera hîc tribuatur Caligulae, necne. Qua de re videsis Mazzolenum *ad numismata Pisana* T. 3. p. 162. Marini *Atti de' Fratelli Arvali* p. 720. Eckhel *D. N.* 8. p. 342.

255. FLVM. RHENo | PRO SALVTE | Q. SPICI CRN. 1)
Hagenb. *Mss.* 1. p. 349. (cfr. Murat. 343, 4. *I. O. M. et Genio*

Loci et Rheno. CL. Marcellinus BF. COS. (beneficiarius Consulis) *V. S. L. M. Imp. Commodo VI. Cos.* — Coloniae Agripp.) 1) Literae ligatae Hagenbuchio videbantur significare: *Q. Sulpicii Carini.*

Q. IONEN prope *Rapperschweil.*

256. C. OC. PROVIN |
CIALIS . . . .
. . . .
S. L. D. D. D. [1])

Hagenbuch. *Mss.* 3. p. 3. αὐτόπτης. (Haller 1. p. 9.) 1) *Locus datus Decurionum decreto.*

YBERG prope *Wattwyl.*

257. MINERVAE AVG | L. CALLIDIVS PF TR [1]) | PALMARo [2]) C. V. IV. | QVADRAT. AMIC . . . | ET C. SECVND . . . . | PRO INCOLVM . . . [3]) | INo SODALI [4]) . . . | . . . | . . . |

Nouvelle Bibliothéque ou hist. littér. des principaux écrits qui se publient. à la Haye. *Iuillet.* 1740. T. 6. p. 429. Bochat 2. p. 424. Hagenb. *Mss.* 4. p. 179. 1) F. *Publii Filius* TR*omentina Tribu* Hag. 2) *Palmarum centum* cet. „V. IV. corruptum videtur. In gladiatorum, aurigarum cet. saxis solet enumerari, quot vicerint palmas, pugnas cet.“ Hagenb. 3) *incolumitate.* 4) de sodalicio aliquo gladiatorio videtur esse sermo. Ceterum hi duo lapides ad Raetiam antiquam potius pertinent, quam ad Helvetiam, sed praesentem rerum statum secutus sum.

Nostra in Raetia (*Graubünden*) nulli, quod sciam, adhuc effossi sunt.

Accedunt tituli V. militum Helvetiorum extra Helvetiam reperti, quos spatio exclusus iniquo sic tantummodo exhibere possum: 258. *Dis Manibus* | *M. Valerius M.* | *Fil. Latinus CEQ* [1]) *Miles Leg. XX. V. A.* | *XXX* . . . *Stipen. XX* | *H. S. E.* Aquis Solis s. *Bath* in Britannia. Grut. 565, 3. Hagenb. *Post-Helv.* p. 5. 1) *Civis Equester*, vel *Colonia Equestri.* — 259. *Fortunae* | *Respicienti Sacr* | *Nasellius Pro* | *clianus Leg.* [1]) *VIII. Aug. Prae* | *positus Chor* | *I Helvetiorum* | *Torquato et* | *Iuliano Cos.* [2]) | *V. S. L. L. M.* In Heilbronnensium agro. Mur. 330, 1. Hagenb. *Post-Helv.* p. 19. 1) Lege: 7 *Leg.* i. e. Centurio Leg. 2) p. Chr. 148. — 260. *Seno Matro* | *Coh.* 1. *Helvet.* | cet. corrupta. In Heilbronn. agro. Schelhorn. *Am. lit.* 10. p. 1206. satis probabiliter ita restituit: *Senonibus Matronis Cohors* 1. *Helvet. cui praeest Iul. Civilis.* 7 *Leg. XVIII. Piae Felicis V. S. L. M.* — 261. *Licinus* (s. potius: *Licinius*) *Clossi* | *F. Helvetius. Ann.* | *XLVII. Eques Alae* | *Hisp. Stip. XXVI. H. S.* | *Tib. Iul. Capito.* H. (eres). Wormatiae, nunc Manhemii. Hag. *Post-Helv.* p. 27. — 262. *Rufus Coutus Vati F.* | *Natio. Elve* | *tius. Eques* | *Ala Ispanae* | *Sti. XIIX. Ann.* | *XXXVI.* | *Her.* | *P. H. S. E.* Moguntiaci. Fuchs *Gesch. v. Mainz* 1, 107. Nota nomina Helvetica *Clossus*, *Coutus*, *Vatus.* Alae Hispanae aggregari igitur poterant etiam Helvetii.

Proximo anno de honesto diligentiae atque ingenii praemio certaturis has proponimus ὑποθέσεις:

1) Examinator Ludenii iudicium de Taciti Germania, simulque, vel, si mavultis, separatim, videtote, an in Saxone Grammatico reperiantur loci, e quibus qualicunque modo illustrari, confirmari, refutari queant ea, quae de priscis Germanis eorumque moribus tradit Tacitus.
2) Eundem fere in modum, quo immortalis noster Ioannes Muellerus, adolescentulus etiam tunc, conscripsit Bellum Cimbricum, Latino sermone ordinantor Res Helveticae a Caesare usque ad Vespasianum.
3) Scribitor vita Iosiae Simleri, civis Turicensis optime de literis meriti.
4) Exponitor, quid in literis Graecis Latinisque praestiterint Helvetii seculi dumtaxat XVI.
5) Ordinator Theologia Pindarica, probe distinguenda ab eiusdem poëtae mythologia. In illa scilicet investiganda id unum erit spectandum, quid tradat de aeterno deorum numine ac potestate, de legibus humano genere datis, benefica in mortales voluntate, virtutis praemiis, scelerum poenis, hominum post obitum sorte, veroque divorum cultu. Neque vero praetermittenda erit Pindari de fato doctrina, vel in se ipsa spectata, vel comparata cum Homerica. Quod si Pindarus non placet, idem tentatote vel in Sophocle, vel in Euripide.
6) Theologia Ciceroniana quum a variis iamiam sit exposita, restat, ut tentetur etiam Mythologia ex unius Tullii scriptis dilucido et certo aliquo ordine composita.
7) Comparantor inter se Platonis συμπόσιον et Plutarchi Convivium septem Sapientium; vel cur comparari nequeant, explicator.
8) Latine vertatur Sophoclis Aiax, ita ut Brunckii veluti vulgata versio fundamenti loco ponatur, sed, ubicunque necesse est, emendetur consultis Vinsemio, Naogeorgo, Ratallero, et, id quod caput est, e commentariis Lobeckii, Hermanni, Billerbeckii: praeterea, si placet, in praefatiuncula de utilitate et de incommodis huiuscemodi versionum soluto sermone conscriptarum disseratur.
9) Examinator Platonis vita a Diogene Laërtio conscripta, ita praesertim, ut quomodo aliis ex fontibus tum locupletanda, tum corrigenda sit, demonstretur.
10) Iuliani imperatoris vita, mores, opiniones et doctrina Latino sermone breviter exponuntor.
11) Colliguntor diiudicantorque crimina a Zosimo in Christianam religionem collata.
12) Comparator cum Paulo Clementis Romani prior ad Corinthios epistola.
13) Comparator cum Apocalypsi Ioannea Pastor Hermae.
14) Elaborator censura Apologetici Tertullianei.

Philosophische Preisaufgaben.

Der Philosophischen Preisaufgaben halber wird nochmahls verwiesen auf die zweyte der für 1825, ferner auf die beyden für 1822 ausgeschriebenen, welche insgesammt der Fassungskraft der Studirenden angemessen und bis jetzt ohne Beantwortung geblieben sind.

INDEX LECTIONUM

IN

GYMNASIO CAROLINO.

Georgius Gessnerus, *Prof. Theologiae pastoralis*, proximum per cursum in penso Theologiae practicae tractabit *Anthropologiam theologicam*, eo, quo latissime patet, sensu; ita scilicet, ut complectatur *Christologiam*, *Anthropologiam theologicam* proprie sic dictam, atque *Eschatologiam*. In ipsa vero disciplina pastorali docebit *Catecheticen*, curamque, quam dicunt, salutis animarum, explicatis simul legibus ecclesiasticis Turicensium.

Io. Henr. Bremius, *Professor pro veritate religionis Christianae*, studiosis Cl. Philos. duabus per hebdomadem horis argumenta tradet, quae petuntur tum ex Christi ingenio et virtutibus, tum èx ipsa religionis Christianae natura. Cum studiosis Cl. Philolog. duabus item horis perlustrabit librum Wineri praestantem: *Grammatik des Neutestamentlichen Sprachidioms als sichere Grundlage der Neutestamentlichen Exegese*, et exempla inprimis petet ex ea, quam totam dein commentabitur, Pauli epistola ad *Ephesios*, atque ex ceteris Pauli. Ceterum venatum non ducet invitos.

Henricus Hirzel, *Philos. Prof.* pensi *metaphysici* cursum posteriorem horis consuetis cum studiosis classis philosophicae instituet. Iisdem recentiorum post Kantium philosophematum, quae in insignioribus censentur, summam contuendam proponet. Studiosis classis philologicae, post brevem *Logices theoreticae* repetitionem, explicabit *notiones ontologicas* cum capitibus praecipuis *Psychologiae empiricae.*

Chr. Salomo Schinzius, *M. D. Physices Prof.* Diebus *Lunae* hora III. *Mercurii*, hora IX. diebus *Iovis*, hora III. *Sabbati* hora IX. institutiones *physicas* continuabit, et quidem phaenomena *caloris*, *lucis*, *electricitatis*, *galvanismi*, *magnetismi* explicabit, et *meteorologiam* adnectet. Ceterum commodis studiosorum quacunque ratione lubens prospiciet.

Ioannes Schulthessius, *Professor Dogmatices et Exegetices* N. T. senis per hebdomadem horis *Confessionis Helveticae* alteram partem inde a cap. 14. commentabitur ita, ut auditores probe discant veram mentem et sententiam, quam suis verbis auctores expresserint; quam constanter suis principiis et regulis unumquodque placitorum sibi informarint; quamque convenienter cum litteris sacris recte intellectis, quarum auctoritate utuntur; quid per singula capita differat inter ecclesiae reformatae doctrinam et eam, quam Romana reformationis aevo tenebat; quoque iure nihilominus contendi queat consensio cum originibus ecclesiae Christianae; postremo quid hodierna Theologia sive inchoatum a Reformatoribus opus probis consiliis artibusque persequens profecerit; sive parta male tuens neglexisse et amisisse videatur.

Scholis exegeticis tum lectionem cursoriam *epistolarum Paulinarum* ordietur, tum accuratius et subtilius potissimos interpretabitur locos, quorum intellectus aliis plurimis lucem affundit.

Frid. Sal. Huldricus, *Prof. Ling. Graecae*, Classi philologicae quatuor per hebdomadem horis, prima matutina dierum *Lunae*, *Martis*, *Mercurii* et *Iovis*, *Odysseae Homericae libros XIII. XIV. XV.* horis tribus, altera matutina dierum *Lunae*, *Mercurii* et *Iovis*, *Xenophontis Historiae Graecae libros I. et II.* interpretabitur. Ab omnium classium auditoribus privatam studiorum in penso Graeco rationem paratus accipiet.

Leonhardus Usterius, *S. Theol. Prof. V. T.* pro concessa sibi a summis rei scholasticae curatoribus venia muneri suo satisfaciens vicaria ad tempus utetur opera viri cl. *Ludovici Hirzelii* V. D. M. Phil. D., qui cursum theologicum biennio absolvendum ita instituet, ut sex per hebdomadem horis *altero* anno, praemissa disciplinarum theologicarum encyclopaedia, antiquitates Hebraeorum illustret ac vel prophetarum vel poëtarum Hebraicorum aliquos commentetur; *altero* vero introductionem histor. crit. in libros Vet. Test. tum canonicos, tum apocryphos tradat et dicta classica Antiqui Foederis interpretetur. Cursu igitur, qui proxime instat, quatuor diebus Lunae, Iovis, Veneris et Saturni hora antemeridiana I. primum *encyclopaediam diciplinarum theologicarum* adiuncta librorum theologicorum notitia, deinde *antiquitates Hebraeorum*, capite quod est de antiquitatibus *Sacris*, superiori anno illustratis, excepto, tradet duce libro: *„de Wette Lehrbuch der hebräisch-iüdischen Archäologie. Leipzig 1814.*, apud *Zieglerum et filios* venali; diebus vero Iovis et Saturni hora antemeridiana III. *prophetas minores, Amoso* et *Iona* exceptis, interpretabitur.

Iacobus Hornerus, *Ethices et Iur. Nat. Prof.* Diebus *Iovis* et *Veneris* horis matutinis IX. et X, vel VIII. et IX. auditoribus classis philosophicae *Ethices* partem secundam et *Ius Naturae* tradet. Iisdem die *Martis* hora post meridiem II. *artium liberalium theoriam* exponet, quam et auditoribus classis theologicae die Lunae hora post meridiem II. tradere perget. Eiusdem diei hora III. iis, qui classi philologicae adscripti sunt, recte scribendi praecepta et exempla proponet. Cum auditoribus omnium classium styli exercitationem instituet.

Henricus Escherus, *Prof. Historiae*, diebus Lunae hora II. pomeridiana, Martis II. et Veneris I. antemeridianis, studiosis classis philosophicae *res per Europam gestas* explicabit inde a medio saeculo XVIII, duce libro, qui inscribitur *Handbuch der Geschichte des Europäischen Staatensystems von A. H. L. Heeren.* Philologicae classis auditoribus diebus Mercurii et Iovis hora antemeridiana III. *res Helveticas* inde a primordiis foederum enarrabit e libro, qui inscribitur *Handbuch der Geschichte der Schweizerischen Eidsgenossenschaft von Ludwig Meyer von Knonau.*

Casparus Hornerus, *Prof. Matheseos,* in classe Philologica quatuor per hebdomadem horis cursum *Geometriae* ad finem perducet, postea vero *Trigonometriam planam* et *Statices* elementa tradet.

Iacobus Pestaluzzius, *Prof. Hist. Eccl. et Catech.* diebus Lunae et Martis hora X. historiam ecclesiasticam tradere perget, duce libro, qui inscribitur: *D. Wilhelm Münschers Lehrbuch der christlichen Kirchengeschichte. Zweyte Ausgabe.* Operam privatam ab audientibus exiget.

Io. Casparus Obellius, *Prof. Eloquentiae*, binis per hebdomadem horis *Terentii* primum *Adelphos*, postea selectas *Propertii* elegias interpretabitur; ternis vero horis *Ciceronis* de natura deorum librum tertium exponet; quo absoluto perget ad eiusdem aliorumque *epistolas* post Caesaris interitum scriptas, coniunctis cum hisce, quantum fieri poterit, *Orationibus Philippicis;* quarum epistolarum orationumque curabit editionem criticam parvo parabilem. Quod si tempus concedet, in *Taciti* historiarum capitibus selectis subsistet. Varias praeterea Latine scribendi exercitationes die Saturni hora antemeridiana II. instituet. Binis tandem horis auditoribus classium Theologicae et Philosophicae *Introductionem* in N. T. libros tradet, commentaturus in primis utilissimum V. Cl. *de Wettii* librum eo de argumento nuperrime editum.

Huldricus Faesius, *Prof. Ling. Hebr.*, auditoribus classis philologicae tribus per hebdomadem horis librum *I. Samuelis* interpretabitur; cum iisdem, si opus visum fuerit, etiam grammaticae repetitionem instituet. Cum auditoribus classis philosophicae duabus horis perget legere librum *Geneseos*, inde a Cap. XXIII. et sperat se ab auditorum industria et sedulitate ita secundatum iri, ut librum ad finem perducere possit. *Privatim* denique horis duabus vespertinis, absoluto qui iam coeptus est libro Iobi, si qui satis magno harum litterarum amore imbuti fuerint, iis offert cursoriam interpretationem libri *Proverbiorum.*

COLLEGIUM HUMANITATIS.

Io. Iac. Ochsnerus, *Prof. Ling. Graec. Lat.* horis I. et II. ante meridiem interpretari perget, diebus Lunae et Veneris, *Herodotum* lib. IV. cap. 46. Martis, *Virgilium* de Aenea lib. XI. Mercurii, *Ciceronem* de Senectute. Iovis tribus horis vel Graeca vel Latina scribentibus discipulis aderit. Privatim *Homeri* de Ulixe lib. XII. volentibus explicabit.

Henricus Escherus, *Prof. Logices et Rhet.*, diebus Lunae et Martis hora antemeridiana III. Mercurii et Iovis post meridiem I. *Logicen puram* tradet.

Casparus Hornerus, *Prof. Matheseos*, Arithmetices principia explanabit.

Iacobus Pestaluzzius, *Prof. H. Eccl. et Catech.* diebus Lunae hora XI., Veneris horis X—XII. et Sabbati hora VIII. *Marci* evangelium exponet. Operam dabit, ut in exegeticis hisce lectionibus etiam religionis pensi ratio habeatur. Optat, ut *Griesbachii* textus in omnium audientium manibus sit. Domesticam quoque operam exiget et recens promotos ad S. Coenae usum de more praeparabit.

Huldricus Faesius, *Prof. Ling. Hebr.* cum maioribus huius classis discipulis tum grammaticae accuratius cognoscendae et denuo memoriae mandandae operam dabit, tum iis selecta capita ex chrestomathia Gesenii explicabit. Minoribus elementa ling. hebr. inde a primis initiis tradet, in usum adhibiturus libellum *Wirthgenii:* Materialien zur praktischen Einübung der hebr. Sprache. Leipz. 1825. Utrosque, quam frequentissime fieri poterit, etiam scribendo exercitabit.

F. L. Keller. *J. U. D. et P. P. O.* Ciceronis *Topica* ex antiquitatibus iuris Romani explicabit, diebus Martis et Iovis hora XI. Gaii Institutiones perlustrabit. Initium lectionum tempestive indicabit.

Io. Casparus Usterius, *V. D. M.*, privatim *archaeologiam christianam* explicabit horis XI—XII. diebus Martis et Saturni.